HYPOTYPOSIS SIVE SUMMARIA DELINEATIO JURIS FURIOSORUM SINGULARIS...

Johann Andreas Frommann,
Farnese



HYPOTYPOSIS

Sive

SUMMARIA DELINEATIO

JURIS FURIOSORUM SINGULARIS.

Opera & Studio.

JOH. ANDREAE FROMMANNI,
COBURGENS. FRANC.





ARGENTINÆ,
Ex Officina JOSIAE STAEDELII.
ANNO M. DC. LVI.



I. N. D. N. I. C.

PROOEMIUM.



Uod Cicero *lib. 3. de finib.* ad conciliandos mutuos hominum affectus, mutuaque humanitatis officia promovenda his verbis scriptum reliquit: *Communis hominum inter homines naturalis est commendatio, ut oporteat hominem ab homine, ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri*; id Florentinus JC. *in l. 3. ff. de I. & I.* aliis verbis in eundem finem compositis ita effert: *Cognationem quandam inter nos natura constituit.* Ex quibus mox infert, nefas esse, quicquid impietas ad naturalis huius vinculi rupturam moliatur. Sed ut, proh dolor! impietati, avaritiæ, crudelitati aliisque furiosis hominum affectibus nihil unquam nefas fuit, ita rabiosam hanc licentiam, rupto ita naturalis pudoris atq; humanitatis vinculo, legibus refrenandam duxerunt æquissimi Legum Romanarum conditores ad humanitatis jura subinde in sanctionibus suis provocantes. Ostenderem id per exempla, nisi Juris nostri Justinianei volumen, illud absolutissimum post Sacrum Codicem scriptorum omnium opus, totum in eo occupatum esset. Ut tamen, si quod alicuius animo innatum dubium, unico evellam exemplo; quid quæso huius circa furorem, illam fati infelicitatem, ut vocat Modestinus *in l. 12. ad L. Corn. de sicar.* calamitatemque intolerabilem, ut Leo depingit *in Nov.* III. omisere? annon legenti de furiosorum jure singulari non nisi humanitatis, æquitatis, benignitatis verba apud illos occurrunt? Vid. *l. 22. §. 7. sol. matr.*

ibi: quid enim tam humanum est. *l.2. de concub. ibi*: humanius dicitur. *l.* 8. §. 2. *de opt. leg. ibi*: humanius autem erit. *l.* 12. *C. de usufr. ibi*: humanissimum est. *l.*12. §.*f. de tut. dat. ibi*: æquum est. *l.* 19. §. 1. *de reb. auth. jud. poss. ibi*: æquissimum erit. *l.* 6. *de liber. caus. ibi*: benignius hoc persequendum est. *l.*28. *C. de Episc. aud. ibi*: ne infortunium eorum prægravetur. *l.*3. §. 1. *de tutel. ibi*: dementiæ consulendum est. *l.* 45. §. *f. de excus. tut. ibi*: necessitati erit succumbendum &c. Cuius ipsius humanitatis penitior consideratio rationem mihi suggessit, ut impetrato nuper aliquantisper à cœteris studiis ac negotiis otio materiam de jure furiosorum singulari pro ingenii viribus pertractandam sumerem. Verùm cum eandem per omnes juris universi articulos dispersam, nec hactenus ab aliquo collectam colligenti mihi, calamo non advertente, in formam tractatus excrevisse videam, temporis rationi inserviens brevem aliquam hypotyposin atque delineationem operis, suo forsan tempore prodituri, loco disputationis inauguralis, sic decernente ac permittente Magnifico ac Nobiliss. Universitatis huius famigeratissimæ JCtorum ordine, placidæ cultorum humanitatis velitationi insinuare constitui. Cui instituto, quod in duas distribuo partes, theoreticam & practicam, Supremus legum omnium, maximè verò humanitatis custos clementer annuere velit!

HYPO-



HYPOTYPOSIS JURIS FURIOSORUM SINGULARIS

PARS PRIOR THEORETICA,

eaque

Generalis.

I.



Ars hæc generalis occupata est circa enodationem intellectus vocabulorum, quæ inscriptio comprehendit, quorum tria sunt, nempe 1. Jus. 2. singulare, 3. furiosorum.

2. Juris vocabulum ex variis acceptionibus, quas felicitè conquisitas tradit Dn. D. Rebhan, *pro paternis beneficiis liberaliter in me collatis pio affectu parentis instar aeternùm colendus Avunculus in hodeg. Iur. Ch. 2. clim. 1. §. 8. a.* illam sibi hîc vindicat, quâ denotat facultatem furiosis jure concessam, seu illam legalem circa furiosos provisionem, in ipsorum potissimùm favorem factam. quam vocis juris acceptionem pleniùs explicat Grotius 1.*de I.B.& P.* 1.*n.*4.*& seqq.*ubi videre est. Hoc itaque vocabulum indicat, quod hîc nec Medica tractatio de furiosis instituatur, ut forsan inquiramus in varias furiosorum & dementium species, genuinas item ac naturales furoris causas. hoc enim Medicorum filiis relinquimus. Quanquam & in jure utroque causæ nonnullæ extant furoris, nempe ebrietas, *can. venter. dist.* 35. luxuria, *l.*1.§.10. *de adil. edict. & ibi Goth. lit. l.* peccatum, *c.* 14.*c*, III. *q.* 9.

dolus & maleficium alterius *Nov. Leon. 111.* medicamenti interdum *l 15 pr de iniur.* aut veneni propinatio, *Nov. 115. c.4. § 4.* nec Theologica, ut hîc ventilemus cum Pontificiis ad *c. 3. vers. item quaeritur. X. de baptism.* an baptizandi sint amentes & furiosi? de quo *Alb. Gentil. de nupt. lib. 3 c. 7.* num Sacramenti saltem character in baptismate illis imprimatur? item an Sacramentum extremæ unctionis, quod vocant, illis sit dandum? quam quæstioné tractat A Vallense *Jur. Can. X. de sacr. unct § 3. n. 5.* vel an fidē & cognitionem Dei habeant? quod ex August. affirmat Balduin. *in tract de. de casib. consc. lib 2. c. 8.* aut forsan quomodo precibus hanc pœnam a nobis avertere queamus, uti Menti Deæ ad bonam mentem obtinendam, supplicatum olim, ex August. refert Brisson. *de formul. lib. 1. pag 61.* nec in aliam etiam disciplinam extendatur hic discursus.

3. Circa vocem: Singulare. præmuniendus hîc erit Lectoris animus, quod propter duplicem qualitatem, quæ in homine furioso considerandа venit, nempe dementiæ & actionum vehementiæ (est enim furor qualificata non simplex dementia) non tantum hîc adducturus sim jura furiosis ut furiosis competentia, sed ea quoque, quæ circa genus proximū annotare licuit.

4. Furiosi terminum connotativum esse dubio caret. In a iacentis itaque *Vigel. in dial iur. de adiac. pag 25.* nempe furoris & definitionem tum nominis, tum rei, & divisiones primùm inspiciendum.

5. Quoad Etymologiam notandum, quod communiter furorem nomen suum accepisse scribant à furiis, sive quod illæ furoris Deæ sint, teste Rosino *antiquit. lib. 2. cap. 15 in fin.* & tropica illa phrasi: in furiam i.e. in furorem verti, quæ legitur *in c. maritum 2. dist 33;* furiis incitari *c. ita nos. XXV. quæst. 2.* sive quod inter Deas infernales iisdem, quibus furiosi, rapiantur moribus; quos nemo meliùs, quam Seneca *in Herc fur.* depingit. Alii allusivum esse furiosi nomen existimant, quod quasi extra se, vel per vicos more insanorum feratur.

6. Homonymia duplicem hujus vocabuli suppeditat acceptionem. 1. impropriam quatenus hoc modo furor accipitur de

r de omni eo, quod fit cum impetu quodam & actionis à causa
a proficiscentis excessu. Atque ita prædicatur 1. de rerum
mnium creatore, DEO nimirum justè indignante & propter
eccata hominum graviora severiùs irascente. sufficiat nunc
legasse ex Sacris *Exod.* 32. *vers.* 10. *Dimitte me ut irascatur fu-
r meus contra eos.* qui textus etiam citatur *in c. disciplina. 9. dist.*
5. quod monente Balduino in cas. cons. Θεοπρεπῶς intelligen-
um, aut secundum phrasin Menzeri in E. A. C. per ἀνθρωποπά-
θειαν. 2. de creaturis & quidem tum sensu & ratione caren-
ibus, v. g. vento, igne, tum v. iisdem præditis & quidem vel
sensu tantùm, quo casu maximè crudelitatis excessum notat
v. g. in Leone, aliisque feris bestiis. *Vid. Deut.* 32. *v.* 24. *&* 33. vel sensu
& ratione simul, & ita dicitur de hominibus eorumque po-
tissimum pravis affectibus, quatenus in iis modum excedunt
& se vehementiùs gerunt in affectu v. g. amoris *Nov.* 74. *c.* 4. iræ,
quæ furor brevis est. *Horat.* & illud Virgilii: *Hunc oro defende
furorem &c.* interpretatur ex Servio Grot. 2. *de I. B. & P.* 19. *n.* 3. *in not.*
inimicorum iram & post fata sævire cupientem. vitio item su-
perbiæ ex mente Festi *in Act.* 26. *vers.* 24. ibi: Paule du rasest / die
grosse Kunst macht dich rasend. avaritiæ, *constit. Leon. iconom.* §. 2.
audaciæ &c. Sic scelera maiora passim hoc nomine insigniuntur,
maiestatis, seditionis maximè & belli civilis hinc inde apud Scri-
ptores, præcipuè Florum & Ciceronem, qui frequenter hoc vo-
cabulo hac in materia delectantur. hæreseos item, raptus, rapi-
næ, homicidii & alia, quod ex textibus probari posset. 2. pro-
priam, quæ iterum vel lata est, præter mentis alienationem
qualificatam, simplicem etiam absolutè denotans, ut furiosi vo-
cabulo veniant, quicunque sunt aut sine mente, aut deorsum à
mente, aut capti mente, sive illos voces stultos, sive fatuos, sive
insanos, sive amentes, aut dementes, aut phreneticos, ita ut furiosi
vocabulum in dispositione aliqua positum, ad hos omnes tutò
accommodari possit, si ratio dispositionis illud admittat; *Bald.*
3. *cons.* 347. quod non ex confusione terminorum, ut putat Zacch.
in quæst. med. leg. factum, sed quia identitatis ratio id permittit.
Ex infinitis textibus hac vice ad veritatis evidentiam notari

possunt

possint *l. 7. § 1. de cur. fur. l. 12. §. 6. de usu & usufr. leg. l. 2. C. de cur fur.* & ex Auctoribus Alber. Gent. *disp. de nupt. lib. 3. c. 7.* Quanquam ultrò fatemur, multum inter has dementiæ species interesse, si acuratè loquendum, quod ostendunt Paulus Zacchias, Card. Tuschus, Rævardus, Auson. Popma, alii. Nimiùm ergò religiosos fuisse oportet veteres nonnullos JCtos, quod & Imp. Justinianus notat in *l. 25. C. de nupt.* qui Marci Imp. constitutione de mente captis conceptâ interpretativè furiosos comprehendi, noluerunt credere, sed per tot secula ad Justinianum usque contendentes Imperatoria decisione litem componi maluerunt, quàm rectæ rationi & adversæ parti cedere. Sed id tribuendum vitio seculi illius contentionibus in Jurisprudentiæ labem lascivientis. Fuit hoc causa, cur plerunque JCti in legibus de rebus gerendis latis soliti sint addere rationem, quando prædicatum aliquod furioso vel simili convenire vel non convenire voluerunt. *Vid. l. 22. §. 7. sol. matr. l. 20. §. 4. qui test. fac. poss. l. 7. § 9. quib. ex caus. in poss. l. 27. de acq. poss. & alios textus. Phil. Matth. ad l. 40. de R. I. n. 2.* ut facile nunc intelligas, statutum de furioso vel simili loquens, non obstante strictâ statutorum naturâ, etiam de aliis sub ratione illius comprehensis sine hæsitatione intelligendum esse. vel stricta, quæ denotat illum defectum qualitatis intelligibilis, qui se cum excessu dementiæ & vehementia quadam ac impetu exerit. *l. 22. § 7. & 8. sol. matr. Nov. Leon. 112.*

7. Synonyma furiosi varia sunt. Etenim vocatur amens. *c. hi qui. XXXII. quæst. 7.* demens. *l. 48. §. 1. de legat 2.* mente captus. *Nov. Leon. 111. & seq. rubr. iunct. nigr.* insanus. *l. un. C. si quis Imp. mal.* quæ vocabula, quamvis, ut apparet, generis & speciei respectum inter se obtineant, nihilominus sunt synonyma, quatenus, quia in uno genere conveniunt (licet cæterà inter se sint opposita) sæpius invicem commutantur. Appellatur & stultus à Dd. maximè. *Vid. tamen & l. f. C. de hered. inst l. 4. quod vi aut cl. l. f. pr. C. de contr. stip.* quid verò propriè significet, evolvit Stracch. *de adiect. part. 3. num. 26.* fatuus. *l. 2. de postul. l. 21. iunct. l. 22. de reb. auct. iud. poss.* de quo vocab. multa inveniuntur ap. Menoch. *de A. I. Q. cas. 529.* phreneticus. *l. 1. §. 9. de ædil. ed. c. ult. X. de success. ab intest.* melancholicus, à Medicis. *Dan. Sennert. Inst. Medic. disp. 5. cap. 7.*

cap.7.§.21. vix à JCtis. Hinc eos, quos melancholicos vocant, delinquentes ab ordinaria quidem non v. extraordinaria pœna absolvunt *Dn.Carpz.Pr.Crim.p.1.q.18.n.33.& seqq & p.3.q.145.n.33. & seqq. ubi multa prajud.* delirans. *Sennert. d. l.* Vecors, vesanus. *l. 242.§.3.de V.S.* insipiens, desipiens. Quæ nomina omnia furioso quoque propter mentis defectum attribuuntur. Addatur his locus ex Cicerone in Pison: *Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem?* In quibus verbis synonymiam ad acrem reddendam orationem occurrere notat Gerard. Ioann. Voss. *part. orat. lib.4.th.10. Vid.Hieron.Schurf.cent.2.conf.23.num.2. Vultei. vol. 1. conf. 29 num 52. Riemer de contractib.tract.1.c.10.§.42.* At quæ qualitatem illam furioso propriam designant, rariora sunt. Reperiuntur tamen hæc furoris synonyma nempe rabies, furia, furiositas.

Græcis dicitur furor μανία, hinc furiosi maniaci dicti. Germanica lingua appellationibus hîc abũdat. Strictè n. furiosus communiter dicitur ein Toller. *Sam. Neand. de stat. person.th.17.* Rasender/Wütender. *Riemer d.l. n. 6.* Tobsüchtiger. *Im Pr.Wirt.p. 1.art.36.vers. item* Thoren. *& p.3.art.12. vers.* wiewol ein in toben Gerahtener. *Dn.Chr.Phil.Richter.var.decis.41.n.13.* vnsinnig. *Dn.Richt. d.l. num 39 sive* ohnsinnig. *I.P.W. d. l.* Sinnlos / der seiner Sinnen beraubt. *Dn Richt. d.l. n. 13.* ohnbesinnt. *I.P.W. d.l* der von seinen Sinnen kommen *Id p.3.t.17.§.* Wann die Eltern. Wansinnig. Wahnwitzig. *Dn.Carpzov.4.Resp 61.n.ult.* Usus tamen loquendi ferè obtinuit, ut sequentia naturâ suâ generaliora pro furiosis etiam acceptentur, nempe verirret. *Dn. Richt. d. l. num.13.* verruckt. *num.53.* Thor. Thöricht er/oder Thorechter. *I. P.W. d. p. 1.art.36.* Närrisch. Furor ergò vocabitur das Rasen/Wütigkeit / Vnsinnigkeit/Wahnsinnigkeit / *vel* Wahnsinn. *Deut. 28. vers. 28.* Wahnwitzigkeit. *Dn. Carpzov. d. l.*

8. Paronyma obvia sunt: Dicitur enim à furore furere, furiare, i.e. in furorem concitare. *Horat.1.Od.25.*

Quum tibi flagrans amor & cupido
Quæ solet matres furiare equorum
Saviat circa jecur ulcerosum.

[illegible] *in antiqu. [illegible] v. furiare.* furiosus, furibundus, [illegible] [illegible] & furiositas &c.

[illegible] His præmissis definio furorem, quod sit dementia cum ferocia & horrenda actionum vehementia.

Genus ponitur dementia quia hæc latius omnino patet, & [illegible] dementiam in specie sic dictam & furorem. [illegible] ex *d. l. [illegible] de nupt. l. 4. § 1. de legat. 2. l. 7. § 1. & seqq. de [illegible].* Dantur tamen & alia plurima in Jure vocabula, quibus subintelligitur furor. Dicitur namque morbus. *l. 14. de [illegible] l. 22. § 7. sol. matr. arg. l. 1. pr. ff. l. 6. l. 7. pr. C. de cur. fur. l. 9. C. qui test. [illegible] Nov. 115. c. 3. § 12. Nov. Leon. 111.* morbus sonticus *l. 46. de iudic.* valetudo *l. 12. pr. de ex. [illegible] tut. l. 2. § 5. si quis caut. in iud. sist. ca.* valetudo mentis. *l. 45. § [illegible] de excus. tut.* ein Schwachheit vnd Gebrechligkeit der Vernunfft. *[illegible] 2. vers.* welche Personen von jhrer Güter wegen. *& [illegible] C. [illegible] 179. ibi:* Gebrechligkeit der Sinn. langvor animi. *l. 44. § [illegible] de [illegible]* ægritudo. *c. 3. vers. item quæritur. X. de baptism.* adversa valetudo. *l. 9. C. qui test. fac. poss.* valetudo animi adversa. *arg. l. 27. C. de transact.* infirmitas. *Nov. 115. c. 3. § 12. c. [illegible] qui XXXII. quæst. 7. [illegible]* § 5. imbecillitas. *l. 68. de solut.* privatio [illegible] *arg. l. 22. § 7. sol. matr.* insania. *arg. l. 7. § [illegible] ad [illegible]* incommodum *Nov. Leon. 111.* malum *d. l. [illegible] & Nov. [illegible]* fati infelicitas. *l. 12. ad l. Corn. de sic.* infortunium *l. 28. C. de Episc. aud. Nov. Leon. 111. l. 6. C. de cur. fur.* infelicitas. *l. 22. § 7. sol. matr.* fortunæ injuria. *arg. l. un. C. [illegible] imp. [illegible] pup.* calamitas intolerabilis. *Nov. Leon. 111. & seq.* sævitia *d. l. 22. § 7.* casus. *l. 7. § [illegible] de [illegible]* casus [illegible] *d. l.* casus fortuitus [illegible] necessitas *arg.* [illegible] *arg. Nov. Leon. 112.* [illegible] *Deut. 28. vers. 28.* [illegible] vocabulis.

Differentia specifica [illegible] quæ [illegible] Vid. [illegible] furiosorum [illegible] faciat deducunt.

[illegible] furorem perfectiorem [illegible] speciem [illegible] hoc nomine [illegible] adimplere [illegible]

rtalis etiam revera eſt, adeò ut propterea factum animalis bruti & furioſi pro eodem habeatur *in l.1.§ 3.pr.ſi quadr. paup.fec.dic. l. 5. §. 2. ad L. Aquil.* imò damnum ab eo datum referatur inter caſus fortuitos *in d.l.5 §.2. l.ult.in f.de admin.tut. & ibi. Goth.lit.m.* nec actiones eius propriè dicantur actiones humanæ *d.l. ult. Nobiliß. & celeberr IC. Dn. Lauterbach. Patron. & Præcept. omni obſervantia & affectu colendus in diſp. de volunt. pag.* 42. *n.*3. Quod ipſum ut commoda ſua occaſione furoris aliorum quærentibus ſufficienter inculcarent Impp. & JCti, maximoperè ſoliciti fuere in ſuis reſcriptis & reſponſis, quæ loca ſtudio parentandi voto eorum, qui in foro maximè luxuriâ textuum delectantur, hac vice adducere placuit.

Dicitur ſcil. in jure, quod furioſus non ſit ſapiens. *arg. l.* 27. *§.5 de recept.arb.* non ſapiat. *l.9 pr. de R.N. l. 9. C. de impub. & al. ſubſt.* quod mens eius ſe ipſam non noſcat, miſerabiliſque ignorantiæ infortunio prematur. *Nov. Leon.* 112. quod neque ſcire neque decernere poſſit *l.9. de acq. her.* nec habeat animi deſtinationem *arg. l.* 4. *iunct. l.2. de concub.* quod careat judicio. *l.12. §.2. de iudic.* non intelligat. *arg. l.11. iunct. l.10. de O.N.N.* non intelligat, quod agit. *§.8. I. de inut. ſtip.* quod omni intellectu careat. *l. 14. de offic. præſ.* quod eius voluntas nulla ſit. *l.40. de R.I. l.47. de acq. hered.* quod non habeat affectum. *Vlp. in l. 7. §.9. quib. ex cauſ. in poß.* quod careat affectu. *l.1. §.6. ne vis fiat ei. l.3. §.1. de iniur.* quod non habeat affectionem. *l.1. §.3. de acq. poß.* quod non ſit ſanæ mentis *pr. I. l.2 ff. de inoff. teſt. l.5. §.1. eod. arg. l.60. de acq. her. l.2. §.16. pro empt.* in quo non ſit mentis integritas. *l.2. l. 16. §.1. qui teſt. fac. poß. iunct § 1. I. eod.* quod non ſit ſanus mente. *arg. l.* 27. *C. de transact.* quod mente inſanus ſit, *Caius in fragm. lib.2. tit 2. §.3.* à quo abſit ſanitas. *l.22. §.7. ſol. matr.* quod non teneat ſinceritatem mentis. *l.3. pr. C. qui teſt. fac. poß.* quod alienatus ſit mente. *c. ult. X. de ſucc. ab int.* aut in continua mentis alienatione conſtitutus *d. l.14. de offic. præſ.* quod extra ſe poſitus ſit. *c.15. X. de regular.* extra mentem poſitus. *c. eod.* quod ſui compos non ſit *c.14. X. de temp. ordin.* quod mentis compos non ſit. *l.12. de R.C. l. 27. pr. de cond. inſt. l 30. §.7. de fideic. libert. l.4. §.26 de exc. dol. mal. l.16. eod. l. 24. pr. & §.3. de O. & A. l.3. C. de cur. fur. l.5. §. 2. C. de codic. §. 1. I. quib. non eſt perm. teſt. fac.* quod compos mentis ſuæ non ſit. *d. c. ult. de ſucc. ab int. arg. l.22. §.7. ſol. matr.* quod non ſit ſuæ mentis. *arg.*

[illegible] *§ pe de* [illegible] *ad l.* [illegible] *de* [illegible] quod mente non habeat *Ulp. in fragm. tit.* 20. § 12. quod careat mente § 1 [illegible] *quib. non est permiss. fac. test.* in quo animus desit, *l.* 2. § *f. de procur.* quod non habeat animum *l.* 7. § 9. *quib. ex caus. in poss. eat.* quod non possit videri sentire *arg. l.* 14. *de* [illegible] *praes.* non habeat sensum. *d. l.* 22. § 7. *sol. matr.* non possit sentire *l.* 8. § 2 *de opt. leg.* non sentiat. *l.* 3. § 1 [illegible] § [illegible] *de* [illegible] quod eius nullus sensus, nulla vox certa esse intelligatur. *l.* 7. *pr. C. ad SC. Treb.* der aus Gebrechlikeit wissentlich seine Sinn nicht hat [illegible] *Cr.* [illegible] 179. *vers.* wird von iemand. quod non habeat sanum sensum *arg. d. l.* 14. quod eius nullus sit consensus. *l.* 2. *C. de contrah. emt.* [illegible] § 2. quod non sit suus. *l.* 7. § 9. *quib. ex caus. in poss.* quod nihil agat [illegible] § 12 *de O. & A.* nec intelligatur quicquam agere *l.* 2. § [illegible] *de jur.* [illegible]. quae quidem omnia non tam leges nostrae, quam ipsa rei evidentia ostendit, ut loquitur Dn. Lauterb. *in disp. de procur. in rem suam pag.* 12. *th.* 15. singula tamen mox in frontispicio huius hypotyposis ad oculum ostendunt, furiosum per naturam arceri ab omnibus actibus & negotiis, quibus voluntas, judicium, consensus aliaque actionum humanarum principia adesse debent, actusque ab eo gestos, etsi speciem habeant prudentiae non attendi. *Beer. decis.* 24. *num.* 47. *& seqq.* Ut unico saltem exemplo id declarem. Cum ad juramentum animus rationis compos & deliberatus requiratur. *Grot. de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 2. quis sanus dixerit, furiosum habilem esse ad jurandum, aut juramentum deferendum? *l.* 35. § 1. *de jurej.* Colligunt itaque ex hoc quod nec pacem jurare, vel juramentum fidelitatis principi suo praestare cogatur. *Eberh.* [illegible] *in loc. leg. loc.* [illegible] *num.* 6. quod praestitum à furioso qualecunque juramentum nihil operetur *Card. Tusch. pr. concl.* 340. *num.* 21. nec absolutionem ab eo opus habeat *Cod.* [illegible] *lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 7. *& num.* [illegible] Fingunt tamen leges interdum furiosum consentire [illegible] *ad* [illegible] *quae* [illegible] *num.* 44. aequitate suadente. *l.* [illegible] § 2 *sol. matr.* [illegible] *de* [illegible] *C. de* [illegible] *Dn.* [illegible] *ad* [illegible] *de* [illegible] *num.* [illegible] praesumunt etiam eundem interdum tacitum habere [illegible] *de nupt. lib.* [illegible] utilitate eius exigente, quam soli [illegible] omnino observatuos Legum [illegible] ut apparet ex *l.* 25. § [illegible] [illegible] *l.* [illegible] *pr.* [illegible] utilitatis gratia. *l.* [illegible]

adm.

admin tut.ibi: ne utilitates furiosi impediantur. *l.* 44. §.6 *de usuc. ibi:*utilitate suadente.*l.*95.§.7.*de solut.ibi*: utilitatis causa recipiendum *l.*27.*C de Episc.aud. ibi*: res furiosi undique utiliter gubernari. ad ea v. quæ sine consensu nostro accidunt, furiosos admitti constat. quomodo legitimæ, hereditatis, regni, baptismi etiam eos capaces esse judicat *Alb Gent.d.l.lib.*3.*c.*7.

Ex hoc est, quod furiosus rebus tum sensu tum ratione carentibus sæpissimè in jure & à Dd. comparetur. scil. 1. lapidi seu tegulæ de tecto cadenti.*l.*5.§.2.*ad L.Aquil.* 2. quadrupedi.*d.l* 5.§ 2. 3. mortuo. *l.*14.*locat.l.*8.§.2.*de opt.leg.l.*2.§.5. *de donat.l.* 24. §. 1.*rem rat.hab. Alciat ad l.* 2. §. *voluntatem. num.* 12.*sol.matr.* 4. dormienti. *l.*2 § 3. *de jur.cod.l.*1.§.3. *de acq.poss. l.*31. §.3 *de usuc. l.* 209. *de V. S. P.Zacch.q. M.L. lib.* 2 *tit.*1.*quæst.*12.*num.*2. 5. absenti *l.*27.§.5 *de recept.arb.l* 5 §.2.*de legit.tut.l.*2.§.3.*de jur. cod.l.*17 § 11.*de injur.l.* 209. *l ult.pr.de V.S. l.* 124. *de R.I. Phil. Matth. ad l.*5. *de R.I.num.*11. *& seqq.* 6. ægrotanti, per ea, quæ supra p. 10. dicta. 7. infanti.*l* 5.§.2.*ad L. Aquil.l.*5 *de S.V.P.l.*22. §.2 *ex quib ca.maj.l.*2.*de condict.furt.l.*9.*de acq. her.rubr.& tt.ff.de bon.poss.fur.inf.l.*10.*l.*11.*de N.O.N.*§.4.*l.de her.qual. l.*6.*de liber.caus.l.*36 *pr.de fideic.lib.l.*1.§.5.*de acq.poss.l.*12. *ad L.Corn. de sicar.& alibi.Harpr. ad* §.10.*I.de usuc.num.*8. 8. pupillo.*l.*29.*de cond. ind.l.*7 §.11.*quib.ex caus.in poss.eat.l.*1 §. 12.*junct.* §. *prac. de O. & A. & ferè ubiq; in jure nostro. Gipban. disp.* 6. *Inst. lib.* 1 *num.* 7. 9. prodigo. *d.l.*29.*l.* 12.§.*f.de tut dat.l.*6.*de V.O.l.* 25.*de fidei. t.t.ff. & C. de cur.fur. l.*40 *de R.I.& passim. Dn Frantzk.*3.*exer.*6.*n.* 2. *Phil. Matth. ad d. l.*40. *n.*3.*& seqq.Eberh in loc.leg.loc.*73 *n.*7. 10. minori.*l.*5 § 9.*de const.pec.l.* 16.*pr.de pignor.act.l.*3.§.2.*de suspect.tut.l.*10.§.5.*qua infr.cr.l.*2.*C.de cur. fur.& ibi Goth.lit. X. & aliis quam plurimis in locis. Eberh in loc.leg loc.* 73. 11. cœco. *l.* 40. *pr.de excus.tut.rubr.& t.t. de bon poss.fur inf. l. un. C.qui morb.se excus.* 12. surdo.*dd.ll.* 13. muto.*dd.ll. Gœdd.ad l.*246. *pr.de V.S.* 14. aliis etiam. quas comparationes variarum decisionum fundamentum constituunt Dd. argumentationem ab uno ad alterum frequentissimè instituentes; quæ tamen non semper & ubique procedunt, *Stracch. de mercat. p.* 3. *num.* 23. ut suo tempore pleniùs ostensurus sum.

Furiosus ergo erit persona (*l.* 2. *de postul. l.* 29. *de cond.*

ind. &c. quæ cum ferocia & horrenda actionum vehementia demens est.

16. Post varias à Medicis allatas furoris species, *de quib. vid. ap. P. Zacchi[illegible] d. L. lib. 2 t. 1. q. 16.* inter quas nonnulli referunt amorem, quem furorem etiam quandoque causare, præter experientiam testatur *Boer. decis. 2[illegible]. num. 75.* de quo vid. *[illegible] 47 [illegible] Bart h. Chassan. in consuetud. Burgund. num. [illegible] Cothman consil. vol. 1. resp. 15. num. 14. & seqq. Hilliger. D. E. lib. [illegible] Gail 2. O. 1[illegible]. num. 23. Dn. Ludvvell. disp. Inst. ult. [illegible] celeb. IC. Dn. Ioh. Wurmser. patron. ac præcept. honorand. in [illegible] controv. lib. [illegible] & 4. contr. 10.* iram, *arg. l. 148. de R. I. [illegible] 2. Cod. [illegible]* illud Virgilii: *Furor iraque mentem præcipitant [illegible] Ioh. [illegible] Theol. phil. p. m. 746.* ein zorniger Mann ist nicht bey ihm selbst / er rast vnd hat seine Sinne biß auff sinnlich. De hac *vid. Gail. d. l. num. 30. & seqq.* ubi etiam notat quod immodica iræ übermässiger Zorn insaniam gignat. *C. I. A. de testam. num. 6. Per[illegible] in C. de sent. pass. num. gen.* ebrietatem, quæ furor sive insania voluntaria dicitur, & solo tempore à furore distat. *Perez. C. de [illegible] num. [illegible] Zanch. q. M. L. lib. 2. t. 1. q. 11. Alb. Gentil. de [illegible] Dn. Ludvv. d. l. Dn. Wurmser. d. lib. 4. contr. 2.* Faciunt huc [illegible] quæ novissimè scripsit Dn. Lauterb. *in disp. de volunt. [illegible] n. 6. & seqq.* post has, inquam furoris species adduco nunc illas divisiones sive distinctiones, quæ in Jure occurrunt, & aliquem Juris usum habent, quarum aliquot deprehendo, quas tamen non generis in species, sed vel æquivoci in sua æquivocata esse patebit, vel quarum mẽbra accidente solum & gradu differunt.

Dividitur autem furor [illegible] in Verum & simulatũ. Verus est ille, qui jam definitus est. Hic subdividitur, quod sit vel continuus vel interruptus. Continuus iterum est vel perpetuus *[illegible] Leon. tit. 2. l. 12. §. 1. de judic.* vel tempore circumscriptus. Uterque nempe continuus & interruptus furor est vel feretidus vel ferox vel sævissimus *per l. 22. [illegible] & 8. sol. matr.* Simulatus etiam duplex est, nempe fictus, à lege scil. *l. 2. l. 5. [illegible] de [illegible]* qui alias etiam titulus furoris vocatur *in l. 49. de donat. int. [illegible]*

& ux vel ſimulatus in ſpecie ſc. ab homine. *l. 13. §. 1. de offic. praeſ.* qui & ipſe ficti nomine venit *in l. 6. de cur. fur.*

Dividitur quoque 2. furor in patentem, qui facile incurrit in oculos; & non patentem, quando ſcil. furioſus conſtitutus eſt in conſpectu inumbratæ quietis, ut loquitur JC. *in l. 18 §. 1. de acq. poſſ. de quo infra. Dn. Chriſtoph. Phil. Richter. in trip. interpr. l. tit. Cod. qui teſt. fac. poſſ. p. 114. num. 5.*

De

JURE FURIOSORUM SINGULARI

PARTIS PRIORIS

Pars Specialis.

SEquitur nunc partis theoreticæ tractatio ſpecialis agens de illis 1. qui verè furioſi ſunt & quidem tum in ipſo furore conſtituti, tum in intervallis. 2. qui ſimulatè tales ſunt. quæ felicius vix videtur ſuſcipi poſſe, quam ſi ſecundùm methodum Imp. in Inſtitutionibus obſervatam procedam, conſiderando verè furioſos, in ipſo furore conſtitutos, quatenus ad tria ſumma juris capita reſpectum habent.

MEMBRUM I.

ARTICULUS I.

De his qui verè furioſi ſunt & in ipſo quidem furore conſtituti, quatenus potiſſimùm ad primum ſummum Iuris noſtri caput nempe ad ſtatum perſonarum ſtrictè acceptum, reſpectum habent.

Videamus itaque priùs de ſtatu perſonæ furioſi. Hunc capio hic tum ſtrictè tum latè. ſtrictè ſcil. pro illa conditione

ſive

five qualitate furiosi, quæ facit ut sit societatis alicujus membrum ejusdemque juris communionem habeat; uti definit Dn. Lauterb. in Colleg. *Wesenb. tit. de stat. hom.* De hoc in genere pronunciamus, quod, cum neminem furor in bestiam transmutet, *l. 20. pr. de judic. instit. l. 28. C. de Episc. aud. &c.* sed in quacunque societate humana aliquem deprehendit, illum relinquat, uti ingenere ostendit Ulpianus furiosorum patronus maximus, (quod ex responsis ejus quam plurimis de hac materia datis colligere licet *in l. 20. de stat. hom.* consequens sit, etiam in furore juribus illius societatis eundem gaudere, nisi vel in exercitio alicujus impediatur, vel ejus utilitas à Legumlatoribus & JCtis studiosè defensa aliud suadeat.

¶. I.

Quid circa statum Libertatis de furioso considerandum veniat.

1. De statu itaque Libertatis in specie hoc tenendum, quod domino furioso in servum integra maneant jura, *arg. l. 8. pr. de his qui sui vel. al. jur. l. 3. § 1 de trib. act.* per eundem sibi acquirat. *l. 28. de usuf.* ita tamen ut non semper dominium illud ad actum secundum pertingere possit. *Grot. 2. de I. B. & P. c. 3. num. 6.* Quapropter jus vitæ & necis exercere volenti domino furioso servus resistere poterit, quemadmodum virgis & loris sævientem ligare & repellere. *Goth. ad l. 1. §. 22. de Sc. Silan. f.* Inde est, quod non obstante summo libertatis favore manumissio ab eo facta nullius sit momenti, sive ipse manumiserit, sive ejus jussu alius, *l. 10. de man. vind.* imo etsi agnatus ejus, *l. 13. de manum.* aut alius quilibet curator dimiserit servum *l. f. de cur. fur.*

2. Vicissim furor servum furiosum à domini potestate non liberat *arg. l. 7. §. 2. de poss. l. 47. de acq. her.* sed manet in sua pristina conditione, nisi & illa à qualitate hac nova interdum impediatur. Retinet ergò ipse peculium, *l. 7. § 3. de pecul.* & dominus per eum possessionem in qua constitutus fuit ante furorem, *l. 31. § 3. de acq. poss.*

Con-

3. Liberari autem etiam furiosus servus à servitute potest vel modo communi manumissionis, *l.30. §.7. de fideic. libert. l. f. de manum* genere humano personam illius interim quasi sustinente, ut differit Grotius *d. l.* & beneficium hoc acceptante. *Hillig. D. E. lib. 2. cap. 14.* vel peculiari introducto in pœnam domini in hoc morbo servum negligentis. *arg. l. un. §. 3. C. de lat. lib. toll. qua allegatur quoq; in l. fin. C. de infant. expos.*

4. Benignè quoque circa hunc statum introductum est, ut si ejus controversiam patiatur furiosus, pro ipso præjudicialem actionem etiam ii, quibus aliàs interdictum est pro aliis postulare, instituere possint. *l. 1. in f. ff. de postul.* etiamsi extranei sint, nec necessarii. *l. 6. ff. de liber. caus.*

§. II.

Quid circa statum Civitatis de furiosis examinandum.

1. Eadem dicenda sunt de statu Civitatis, quod scil. maneat in furore Civis, peregrinus, qui talis erat ante furorem, *arg. d. l. 20. & l. un. C. quand. Imp. int. pup.* de quo nullum jam restat dubium; at magis de iis, quæ sequuntur, an & quomodo civitatis jura consequi possit furiosus aut mutare?

2. Non minus autem ac sanæ mentis homines jus civitatis consequitur nativitate vera, *arg. l. 1. pr. ad munic. l. 228. de V. S.* vel civili, nempe manumissione, *l. 6. § f. l. 22. princ. l. 23. pr. ff. ad munic. junct. l. f. de manum.* An vero adoptione? Id ex seqq. ubi de adoptione agetur, patebit. Minimè tamen domicilii mutatione aut constitutione, tum quia ex animi destinatione illa dependet, tum quia nec pupillo hæc concessa. *l. un. C. ubi pet. tut. junct. l. 7. § 11. quib. ex caus. in poss.* Sequitur ergò Curatoris domicilium, quod ubi mutaverit curator, tutius erit, ut se à cura ulterius administranda excuset, *arg. l. 10. § 4. l. 21. § 2. de excusat. tut.* publicæ salutis ratione id etiam exigente. Morte civili neutiquam furiosum amittere posse civitatem, infra cap. 2. th. 31. evincemus.

 3. Reten-

3. Retentâ ergò civitate, omnia illi annexa jura retinebit, nisi quod & hoc casu exercitium illorum interdum impediatur. Impeditur autem vel in totum, vel in tantum. In totum in juribus merè personalibus, quæ personam non egrediuntur. Unde ad honores non adhibetur, *arg. l. 14. §. 3. de muner. & hon.* nec tutelæ munus ipsi injungi potest. *l. 45. §. f. de excus. tut.* imò ejusmodi tutoris constitutio à Magistratu facta ipso jure nulla esset, *Dn. Lauterb. disp. de honor. tut. θ. 14.* nec opus haberet excusatione. *§. 13. I. de excus. tut. Hillig. D. E. lib. 3. cap. 9. A.* quod si tamen tutor datus in furorem inciderit, manet nihilo minus tutor, *Donell. comm. lib. 3. c. 14.* & curator ei adjungitur. *l. 10. § ult. l. 12. pr. de excus. tut. l. 13 pr. de tutel. Hillig. D. E. dict. com. 3. c. 14. l.* Judicandi etiam necessitas ipsi remittitur. *l. 46. de judic.* imò ab omnibus ejusmodi oneribus, quæ cum corporis labore, provisione & solicitudine animi ac vigilantia principaliter existunt, *de quibus in l. 18. de muner. & hon.* immunis est, *l. 6. de cur. fur. t. t. C. qui morb. se exc. junct. l. 46. de judic.* adeò, ut nec per curatorem sustinere cogatur. *argum. l. 51. pr. ff. de hered. petit.* In tantum verò exercitio illorum furor impedimento est, quatenus ipse per curatorē suum vel commodis civium fruitur, vel onera fert injuncta, qui curator ipsius nomine emolumenta, privilegia, immunitates Universitati concessas percipiens nullatenus est impediendus. Nec tamen etiam audiendus, si à muneribus realibus, quæ ab omnibus possessoribus sunt præstanda, *l. 2. l. ult. C. de muner. patr.* immunitatem allegare ipsius nomine velit, nisi eandem specialiter à Principe impetraverit. Hæc vero impetrata intelligitur, si simpliciter munerum publicorum vel civilium immunitatem acceperit, non obstante *l. fin §. pen. ff. de muner. & l. 3. C. de muner. patr.*

4. Adeò autem hisce muneribus etiam furiosus astringitur, ut nec immunitatem metatoriam propter furorem habeat, cum oneri huic omnes subjecti sint, quicunque proprios habent lares, alle die Feuer und Rauch haben. monstrante *Magnif. ac Nobiliss. Dn. Tabor. Spectabili h. t. Collegii Jurid. Decano & JC. ubique celeberrimo, patrono ac compatre maximo, in tr. de metat. c. 4. art. 3. θ. 30.* Quanquam si angustiores ei sint ædes, vix quispiam metatorum tam truculentus erit, qui milites suos homini furore efferato cohabitare-

bitare jusserit, aut milites tam inhumani, qui furiosum ipsum sint ejecturi; onus tamen cibariorum, quæ hodie præstari solent militibus, *Dn. Habri. ad Wes. de muner. & hon. n. 3.* subterfugere eo in casu haud poterit. Ab ejusmodi enim oneribus non nisi defectus patrimonii vel speciale Principis privilegium excusat.

¶ III.

Quid circa tertium furiosi caput nempe familiæ sit observandum.

Portio I.

De furiosis quatenus vel ipsi in potestate patria sunt, vel alios in eadem habent.

1. Succedit nunc statum familiæ, quæ hîc introducenda quatenus 1. denotat proprium aliquod corpus hominum agnationis necessitudine inter se devinctorum, unum familiæ caput, unumque principem recognoscens. 2. quatenus commune aliquod corpus, sub uno agnationis stipite in plures subalternas familias dispersum, indigitat. vid. *Dn. Avunc. D. Rebhan. hodeg. Iur. cb. 2. cl. 1. pag. 157. voc. familia.*

2. Circa primum omnium primò dispiciendum hîc venit, quibus modis furiosus in potestate patria constituatur? Ubi de primo modo, ex justis scil. nuptiis per naturalem nativitatem perveniendi in hanc potestatem, res est clara. De altero verò, sive legali per adoptionem, decisio negativa ferenda est, tum propter defectum, quem requirit consensus, sive requiratur expressus sive tacitus. *fac. l. 5. l. 24. de adopt.* tum propter finis modi hujus denegationem. Non est tamen hoc in loco prætermittendum, quod si quis furiosum habeat filium, hoc ipso iustam alium adoptandi obtineat causam, quod aliàs permissum

non est, *per l.17. §.3. ff. l.3. C. de adopt. Dn. Frank. π. de adopt. n.12. Dn. Hann. ad Wes. d. t. n.4. verb. praeterea videndum.* Idem etiam circa tertium consensus defectus operatur, ut nec per legitimationem in patriam potestatem redigatur; *Nov.89. c.11.* licet illa commodum legitimandi continere videatur.

3. Morbus ergo hic impedit, ut is, quem extra potestatem patriam aggressus est, in eandem deduci nequeat eo durante. Sed nec patriã potestatem etiam, in qua ante fuit, nec naturale illud vinculũ solvit. Sic namq; humaniùs censuere Romani legumlatores, quam vel Brachmanes aut Indi, ipsi etiam Græcorum moratiores Lacedæmonii, Græcorumq; sapientissimus Aristoteles, qui omnes humanitatem status rationi postposuerunt. *Enenck. de priv. par. & liber. priv. 7. c.1. §.16.* Quanquam enim liberi furiosi inutiles sunt patriæ, suis terribiles, liberi tamen nihilominus sunt, *arg. Nov.12. c.1.* imò natura humanitatis ἀκμὴν erga has personas requirit, idemque quod sibi contingere nolunt parentes, liberis furiosis exhibere & fieri velle haud debent, *l.22. §.7. sol. matrim. ibi. quid. n. humanius,* nulla ingratitudine objiciendâ iis, si quãdo fortè maledicta in parentes effundant, aut verbera illis intentent. *arg. l.un. C. si quis Imp. mal.* quod suo tempore latiùs deducendum erit.

4. Manente ergo paternis nexibus obstricto filio furioso, manebunt quoque salva & integra I. patri ineundem potestatis illius jura, quæ vel onerosa sunt vel lucrosa.

5. Onerosis accenseo 1. jus alimentandi *Nov. 115. c. 4. §.6.* pro modo facultatum. Alimentorum autem nomine pharmaca quoque, sumtus chirurgorum, & quæcunque curandi ac defendendi corporis gratia adhiberi solent, hîc veniunt *per l. fin. de alim. leg. vid. Gædd. ad l. 44. de V. S. n.6.* Quod si non sufficiant parentes, collocare possunt in Xenone vel hospitali minoribus sumtibus nutriendos & curandos, quod aliàs parentibus non licet. *Enenkel. d. l. cap.4. n.9.* Hoc vero si omiserint 1. ablatione hereditatis à liberis ipsis relictæ tanquam indigni puniuntur. *Novell.115. cap.4. § 6. junct. cap.3. §.12.* quæ secundum regulam cedit fisco *Coll. Iur. A. de his quæ ut ind. auf. th.4.* ubi plurimos textus allegat. Hæc tamen regula notabilem hîc recipit limitationem, quam tamen C. I. A. *d. l.* ut & alii ad d. Nov. quod miror, non

non attingunt, nimirum nisi aliquis illa humanitatis officia à parentibus furioso filio debita, sed impiè denegata eidem exhibuerit. tunc enim ille exclusis omnibus aliis negligentibus, ad quos aliàs perventura erat hereditas, ad eandem præ fisco ab I np. admittitur. *vid. Peregr. de jur. fisc. lib. 2. tit. 10. n. 17.* Cujus pœnæ singularisque dispositionis varia requisita, varias item ampliationes & limitationes, quas Dd. aliàs omittunt, adducerem nunc, nisi in præscriptos cancellos calamus esset cogendus. Legenti studiosa *d. Nov. 115. c. 4. §. 6. junct. c. 3. §* 12. perlectio interim hæc ex parte suppeditabit. 2. Reversi ad sanam mentem liberi sine metu querelæ inofficiosi testamenti parentes ex hac causa exheredare possunt. *d. Nov. 115.* 3. Insuper si ob hoc inediâ vel alio modo perierint, pœna parricidii afficiendos eos non sine ratione quis statuerit, cum in hoc facto si non major, eadem certè atrocitas sit, quæ est in infantis expositione, cui tamen delicto culeum dictari posse scribit Dn. Carpz. *Pr. Crim. p 1. q. 10. n. 8. ubi varia præjudicia.* quanquam L. Corneliæ pœnam sufficere putat C. F. A. *ad L. Corn. de sicar. 8. 3.* Post mortem quoque ejusmodi liberis ut prospiciant parentes exemplo Julii Justi apud Scævolam *in l. 32. §. 6. de de usu & usufr leg.* pietas monet & leges jubent. 2. Necessitas itaq; liberos furiosos instituendi parentibus incumbit. *t. t. l. de exh. lib. t. t. ff. de lib. & posth. l. 9. C. de imp. subst.* de quo alibi. 3. Quod pater in bonis filiifam. furiosi illis sc. in quibus parentis loco habetur, item adventitio irregulari curator esse teneatur. *l. 7. pr. C. de cur. fur. Gormer. C. Iur. Civ. Rom. Gall. lib. 2 tit. 2. n. 52.* nisi ipse curatore indigeat tunc enim uterque sub ejusdem curatoris potestate erit. *A. Fab. in jurispr. Pap. princ. 3. illat. 19.* Sunt & alia onera, sed quæ cum reliquis parentibus communia habet, uti & præcedentia.

6. Lucrosa jura sunt sequentia, nempe 1. quod egenis parentibus è substantia furiosi quoque filii debeantur alimenta. *arg. l. 5. § 1. 2. de agnosc. & al. lib.* 2. pertinet quoque ad patrem augmentum peculii profectitii tempore furoris factum per servum peculiarem filii furiosi, *l. 1. §. 5. de acq. poss.* vel per possessionis ante furorem cœptæ continuationem. Præterea habet & usumfr. adventitii, si quod eo tempore acquirat,

uti id poteſt. *l.16. §.1. qui teſt. fac. poſſ. l.24. de O. & A.* 3. Curatoris in teſtamento conſtitutio. *l.16. pr. ff. l.7. §.5. C. de cur. fur.* qui effectus tamen non tam à patria poteſtate, quam affectione dependet. 4. Facultas eidem pupillariter & quaſi pupillariter ſubſtituendi, de qua ſuo loco. 5. Poteſtas injuriam filiof. furioſo illatam vindicandi, *l.3. §.1. & 2. de injur. junct. §.2. I. eod.* eàndemque remittendi. *l.17. § 11. ff. eod.* & ſimilia.

7. Uti itaque parentibus quoad liberos furioſos ſalva relinquuntur jura, ita viciſſim II. nihil per furorem decedit liberis furioſis quoad parentes, ita ut onera parentum ſint horum commoda, & vice verſa.

8. Parit III. præſuppoſitum hoc etiam quoad extraneos effectum, quatenus e. gr. ii in cauſa furioſi filii non tenentur patrem in teſtem admittere, uti in caſu converſo expreſsè id confirmat Ayrer 1. *proceſſ.* 8. O.1. *n.6.* nec uxor ſervo filii furioſi quid donare poteſt. *arg. l.3. §.3. de donat. int. vir. & ux.*

9. Antequam hinc abeam, de modo patriam poteſtatem ſolvendi nobiliori, emancipatione nempe adjungam pauca prioribus, hoc ſcil. quod furioſus per eandem liberari poſſit, cum verſante hîc beneficio & re favorabili *l. un. C. de ingr. lib. l.3. verſ. ſin v. C. de bon. mat.* tacitum illius conſenſum ad exemplum infantis jura præſumant, *l.5. C. de emanc. liber.* qui ſufficit, concurrente hîc maximè aliâ præſumtione in affectu paterno poſitâ. Vide ea, quæ ſupra de ſervo furioſo manumittendo dicta. Quæ rationes facile à me obtinent, ut idem de adoptione, quatenus & illa inter modos p.p. ſolvendi refertur, aſſeram, *arg. l.42. de adopt. add. l.33. ff. eod.*

10. Dicendum nunc de patre furioſo: & quidem an & quatenus patriam poteſtatem non tantùm de novo acquirere? verum etiam acquiſitam ante furorem retinere, duranteve furore eandem amittere queat? Modorum patriam poteſtatem conſtituendi 1. nobiliſſimus, frequentiſſimus & maximè naturalis eſt nativitatis vera, quæ ſc. fit per na-

turam

turam interventu nuptiarum legitimarum. Etsi vero furiosis natura non denegaverit corporum conjunctionem, *l.8.pr de his qui sui vel al.jur. l.77.§ 1. ad SC. Treb.* illa tamen ad hunc effectum non sufficit, qui insuper ad sui productionem nuptiarum legitimarum, ut dictum, interventum requirit. Furorem autem sponsalibus & matrimonio impedimento esse, plus quam manifestum est, inquit Gajus *in d. l.8.* & matrimonium tale ipso jure nullum esse pronunciat Scævola *in d.l.77.§.1. vid. & l.16 §.2. de R. N.c.neque furiosus. XXXII. q.7.c.24.X. de sponsal.* idque propter defectum voluntatis, quam præprimis cum libertate, veritate quoque consensus & judicii integritate negotium hoc requirit. *l.30. de R.I. junct. l.40.eod.* finis item matrimonii tum principalis, tum accessorii. *Nov.Leon.111. & seq.* Ampliationes hujus plurimas & notabiles (inter quas est & illa, quod nec ex dispensatione magistratus matrimonium furiosi subsistat *Ames.tr. de consc. & consc. jur. lib.5. c.35.*) cum Dd. authoritatibus alii tempori reservo.

11. Nullum est ergo ipso jure matrimonium tale, nullosque effectus juris Civ. imo nec naturalis, quantum ad ipsos conjuges producere potest, *per §.pen. I.de nupt.* Dixi, quantum ad ipsos conjuges. nam quantum ad liberos à furioso procreatos attinet, illi omnino ab ipsis alendi sunt, cum alimentationis effectus non à patria potestate, *auth. liberi. Cod. de natur. lib.* sed sanguinis caritate descendat, ut loquitur Ulpian. *in l.5 §.2. de agnosc.lib.* Facta ergo nullitatis declaratione mulier ejusmodi contra furiosum præjudicialem actionem de partu agnoscendo instituere necesse habebit, vel filius de filiatione naturali, in qua ipsi filiationis probatio difficillima erit. *l.83. de condit. & demonstr.* Est præterea hujus conjunctionis notabilis effectus notandus ex *d.l.77.§.5.ad SC.Treb.* quod nimirum liberi ex furiosa, tempore furoris in matrimonium collocata, faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit. An vero idem responsurus fuisset JCtus de patre furioso consultus, dubitat Ant. Faber. *1. Iurisprud. Papin. princ.5. illat 14 tit.9.* num rectè? Ut ut vero nullum sit ejusmodi matrimonium, declaratoriâ tamen sententiâ opus habet cum causæ cognitione, uti scribit Innocentius III. *in d.c.24. X. de sponsal.*

12. Sequi-

12. Sequitur 2. modus p. potestatem constituendi nempe adoptio, quæ cum sit actus legitimus, idem à furioso factus nullius erit valoris propter defectum tum causæ efficientis, tum subjecti. *Vultej. I. R. lib. I. c. 22.*

13. Superest 3. qui fit per legitimationem. Et quidem per subsequens matrimonium à furioso initum nemo legitimus fiet, vi hactenus dictorum; sanæ tamen mentis postea factus, si ratum habuerit, validum erit matrimonium tale. *Alb. Gent. disput. de nupt. lib. 3 cap. 7.* Per rescriptum vero Principis nullatenus acquirere poterit, cum ad preces Principi offerendas, quæ causam petitionis exprimere debent, tam sit idoneus, quam ad alia quævis. Filius ergò ipse, ut per ejusmodi rescriptum sibi macula tollatur, providebit.

14. Hæc omnia procedunt in iis, qui tempore furoris sese matrimonio conjungunt. Verùm an in susceptum in matrimonio ante furorem contracto filium patri furioso jus patriæ potestatis acquiratr, non usque quaque est expeditum. Decisio enim ejus manat ex decisione quæstionis. An furor matrimonio jam contracto superveniens illud dissolvat? De qua ut affirmativam obtineat Philosophissimus Imp. Leo in sua *Nov. 111. & seq.*, nihil non molitur. Nos vero meliùs edocti negativam cum multis ampliationibus defendimus, arcum tamen ejus in hoc ipso nimiùm philosophando intensum minimè hàc vice textuum & Dd. authoritatibus aut rationibus quarum omnino plures ac prægnantes suppetunt, rupturi. vid. interim *Albert. Gentil. disput. de nupt. lib. 6. cap. 18. & Dn. Carpzov. Jurisprud. F. part. 4. const. 20. d. 11.* ubi hanc sententiam præjudicio quoque confirmat, cujus hæc sunt verba: Ob wol T. S. nunmehr ins fünffte Jahr mit Wahnsinnigkeit dermassen beladen gewesen vnnd noch ist, daß man jhn mit Ketten vnd Banden verwahren müssen ꝛc. So hat doch die gesuchte separation vnd Absonderung der Ehe, als auch der Güter vnter den Eheleuten noch zur zeit nicht statt ꝛc. In casu tamen violenti furoris quoad separationem habitationis tantùm moribus quoque nostris secus est. *Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 2 q. 61.*

2. quæst.61.num.30. & seqq. maximè n.39. Covarruv.tom.1. de matrim. p. 2. cap.7.§. 5. num. 6. An vero sponsalia tempore sanæ mentis contracta propter furorem dirimi possint? res sanè videtur difficilior. Multi id negant, ita tamen ut asserant furorem talem obstare, quo minus matrimonium promissum confici queat. quorũ sententia de jure Civ. quidem procedit *pr. l.8. de spons.* at de Jur. Can. post introductam divisionem sponsaliorum in ea quæ sunt de præsenti, & quæ de futuro, distinctione opus esset. Sed puto hoc judicis arbitrio committendum esse, qui inspectis & probè perpensis circumstantiis, cùm vinculum conjugale nondum sit nexum, etiamsi sponsalia jam de præsenti facta fuerint, sententiam æquitati congruentem ferat. *vid. Dn.Carp. I.C. part.2. def.182. & seq.*

15. Matrimoniale itaque vinculum nullatenus dissolvit furor. Ex quo sequitur. 1. quod communicata maneat potestas corporum per matrimonialem consensum ab initio translata, nemini communicanda. Precibus ergo refrenandæ potius cupiditates pravæ, quam per illicita remedium quærendum, fidei nempe conjugalis violatione, quę nihilominus in hoc casu & Deum & L. Juliam & criminales ordinationes in se vindices habet. Ordinariam tamen adulterii pœnam hoc in casu in arbitrariam commutandã esse, statuit Dn.Carpz. *Pr.Crim.d.l.n.36. & seqq.* ubi sequens præjudicium habet ad consult. Quæst. Chemn. M. Nov.1629. Da nun P.Z. mit der Bettel zur zeit/als sein Weib noch vnsinnig gewesen vnd an Ketten gelegen/ fleischliche Vnzucht vnnd Ehebruch getrieben hette/ dafür es sich auß denen vns zugeschickten inquisitionen ansehen lässet; So verbleibe er mit der ordentlichen Todesstraffe der Ehebrecher billich verschonet / Er würde aber gleichwol offentlich zur staupen geschlagen vnnd darauff deß Landes ewig verwiesen ꝛc. 2. Nec illicita habeatur corporum etiam in furore conjunctio. *arg. l.8. pr. de his qui sui vel alien. jur.* à qua tamen sanæ mentis conjugi potius abstinendum, monente Alber.Gentil. *vid. Nov. Leon.112. ibi: ac profectò si fortè ex tam infortunato connubio fœtus in lucem prodeat, quum natura fructus rebus ut plurimùm assimilare soleat: quomodo non hic ipse fœtus humano generi commune detrimentum adferet?* ad eam verò haud quaquam poterit com-

pelli. 3. Cohabitatio furioso non deneganda, *per rat. l.22.§ 7. solut.matr.* præter casum furoris atrocioris. Hæc quidem de effectibus matrimonii, qui conjugibus sunt communes. Ex hoc ulterius est, 4. quod maritus furiosus retineat imperium in uxorem, non tamen ejus exercitium. 5. Marito furioso etiam obsequium & reverētia sine dubio debebitur. *per l.14.§.1 solut matr. junct. Nov.115 c.3 § 12.* Huc spectat quæstio: An stante statuto, quod uxor sine consensu mariti non possit contrahere, si maritus sit furiosus, uxor licitè contrahere possit? quam cum Andr. Tiraq. *de legib. connub. & jur. mar. tom 2. gl. 8. n. 32. & seqq.* Aff. Similem huic quæstionem instituit Barth. Bertazol. *tr. claus. instr. claus. 7 gl. 15. n 2.* scil. Statuto requirente consanguinei consensum in contractu mulieris, si consanguineus furiosus sit, an impediat, quin mulier absque ejus consensu liberè contrahere possit? quod similiter negat cum cautela tamen. At quis erit curator uxoris in illis locis v. g. Saxonia, Ducatu Wirtenberg. ubi maritus perpetuus est uxoris curator, si ille in furorem vertitur? Oneribus quoque marito aliàs incumbentibus furor maritum non sublevabit. Curator ergò mariti nomine necessaria uxori suppeditabit.

16. Quod de marito furioso dictum, idem de uxore furiosa dicendum restat. Ad eam scil. maritus flecti debet cura corporis sanitatem præsentem conservandi, mentis v. amissam recuperandi. Probatur hoc in genere *per l.15. C. de N. G.* in specie verò *per l.22. § 8 sol. matr.* etiam ultra [illegible] quantitatem, secus ac nonnulli ex d. l. statuunt, & absurde quidem, uti agn[illegible] Goth. *in not. ad d. l. lit. q.* Probatur hoc quoque *per l.28. de re[illegible]* Atque ad hoc officium competentibus remediis compelli potest officio judicis à furiosæ curatore vel cognatis implorato, etiam dotis sequestratione in [illegible] rerum dotalium [illegible] pationis. *d. l. 22. § 8.* Quod si verò eam neglectam perire sinet, præter pœnam communem [illegible] lucrorum dotalium hereditariique ex statuto debitæ (quæ tunc ad occisæ heredes non verò ad fiscum devolvuntur, *Dn. Wurmser. in [illegible] lib. 2. contr. 11. nu. ult.*) uxoricidii quoque pœna in eum animadverte-

vertetur, de qua *vid. Dn. Carpzov. Pr. Cr. p. 1. q. 12. n. 1.* Cæterum si cognati uxoris id omiserint, ab hereditate repelluntur. *arg. §. 6. I. de SC. Tert. l. 10. C. de legit. her.* quæ pœna etiam ad scriptos in furiosi testamento heredes extenditur in *d. Nov. 115. c. 3. §. 12. vers. si autem aliquo furoris.* Non tamen existimandum est, quod præter affectionis curam maritus etiam administrationis bonorum in se suscipere teneatur, quin imò ab ea per leges repellitur. text. gen. *in §. pen. I. de excus. tut.* & specialiter hoc probat Papin. *in l. 14. de cur. fur.*

17. Ex hisce jam præmissis ad quæstionem supra propositam facilius nunc responderi potest, scil. non privari parentes furiosos patria potestate in liberos ex matrimonio tum ante furorem, tum in eo susceptos. Est igitur hîc iterum fons, ex quo fluunt commoda & onera. Scil. fluit hinc commodum 1. potestatis, *l. 8. pr. de his qui sui vel al. jur.* cujus tamen exercitium in certis casibus suspenditur. 2. vinculi naturalis, ex quo descendit. 3. commodum obsequii, *text. expr. in Nov. 115. cap. 3. §. 12.* pietatis, *l. 4 de cur. fur.* amoris & reverentiæ, vi quarti præcepti. Væh ergò, ac iterum væh! liberis illis, qui diabolicâ ducti impietate pro obsequio odium, pro amore tædium, pro reverentia contemtum miseris ejusmodi parentibus exhibent. Væh! dico, & inclamo iterum væh! liberis illis, quos nec natura stimulans, nec Deus præmiis invitans & pœnis adhortans, nec humanitatis jura miseris & infelicibus in genere, nedum parentibus solicitè benigna ad officium suum perducere possunt. 4. Alimentationis etiam à liberis propriis sumtibus faciendæ, si parentes furiosi se exhibere nequeant. *d. Novell. 115. c. 3. § 12. Ius Pr. Wirt. p. 2. tit. 17* §. wann die Eltern an Leibs-Nahrung. 5. Curæ, etiam administrationis bonorum tum furiosi patris, si filius à Prætore probus repertus fuerit, *l. 1. §. 1. de cur. fur.* tum matris *l. 4. eod.* quod si nequeunt curam hanc subire, tenentur petere Curatores. *l. 3. C. eod. Ant. Fab. Iurispr. Papin. tit. 12. princ. 3. illat. 3.* Hæc a. si neglexerint easdem sentient pœnas, quas in casu converso parentes impii. *d. Novell. 115. cap. 3. § 12.* 6. Acquisitionis bonorum filii tum plenariæ, *l. 1. §. 5. de acquir. poss. junct. l. 7 §. 1. de pecul.* tum usufructutenus. 7. Successionis in bonis à libe-

ris relictis. An autem & quomodo adire possint eorum hereditatem alibi dicetur.

18. Vigore hujus potestatis liberi quoque parentum furiosorum sine eorum consensu nec nuptias contrahere, nec quoslibet contractus celebrare, nec in judicio consistere possent. Verùm & æquitati & rationi conveniens visum est legumlatoribus, ut in totum patriæ potestatis exercitium in hoc casu suspenderent, atq; in his causis filium pro patref. haberent. *vid. l. 52. de acquir. her. & ibi Gothof. lit. a.* Itaque Primò sine eorum consensu nuptias si contrahunt liberi, nec conscientiam suam lædunt, nec pœnas legitimas incurrunt, jure namque permittente id faciunt. Quod ipsum tamen olim inter JCtos magnoperè cōtrovertebatur, (furiosorum enim jura valde fuisse dubia apud veteres deprehendo, adeò ut non satis mirari vacet. Invenire licet eos planè in bella disputatoria exarsisse, uti emphaticè per allegoriam, certè venustam, arbiter eorum Justinianus in alia causa hoc ipsum proponere voluit *in l. 7. §. 3. Cod. de cur. fur.* his verbis: *magna & inextricabilis vetustissimo juri dubitatio exorta est [illegible] & juris auctores ex utroq; latere magnum habuere certamen. Nos [illegible] utramque auctorum aciem certo fœdere componentes & [illegible]* ita quidem ut à Marci Imper. temporibus per tot secula ad Justinianum [illegible] que cōvenire non potuerint nec attendere necessitatis momenta voluerint ii, qui cortici verborum præsumtuosè inhærebant contra mentem Legislatoris clarissimam, quos tamen par erat ob oculos habere illud quod in hac materia haud dissimili in casu Triphoninum JC. movit *in l. 12. §. [illegible] in fin. ff. de capt. & postlim.* [illegible] *ibi: quia illius temporis conditio necessitasque faciebat, & publica nuptiarum utilitas.* Sed propositæ quæstionis belli causas tum justificatorias tum suasorias, quâ item ratione Imp. composuerit, [illegible] quirere etsi jucundum esset in præsenti tamen haud licet. Videri interim potest *pr. l. & l. 25 Cod. de nupt. l. 28. C. de episc.* [illegible] in quibus textibus hæc sine tali consensu conjugia ineundi licentia nonnihil restringitur. Quod si tamen avus cujus neptis vivente patre nubere vult, furiosus sit, exercitium hoc potestatis recidit in patrem, qui avo vivente eo destituebatur. *l. [illegible] §. 1. de R. nupt.* aut si pater furit, avus vero sapiat, tunc avi auctoritas

ritas sufficit etiam eo in casu, quando nepos uxorem vult ducere *l.9. princ. ff. eod. Enenckel. de parent. & lib. priv. 6. c. 10 n 10.* Sine consensu itaque furiosi parentis matrimonii conditionem honestè liberi quærere possunt; quod tamen fallit si ante furorem dissensum quoad hanc vel illam personam jam declarasset, quo ipso sanè libertas illa nonnihil restringeretur. Generalis namque hîc notetur regula tradita ab Alber. Gent. *de nupt. lib. 5. c. 7.* quod in amentibus contradictionis ante dementiam factæ propositum durare intelligatur. Quæ regula quoque de proposito consensus in quam plurimis verificatur. *fac. l. 2. de concub.*

19. Non est ab hoc loco alienum nunc quærere, quis in hoc casu liberis furiosis dotem & donationem propter N. constituat? aut quis dotem soluto matrimonio repetat? Occurrunt enim & hîc singularia quædam, maximè circa dotis tum constitutionem & determinationem, à quo & quomodo sit facienda, tum v. constitutæ repetitionem. Sed sufficiat in præsenti saltem indicare loca juris, in quibus extant talia. hæc sunt *d. l. 28. C. de Episc. aud. d. l 25. C. de nupt. l. 5. §. 3. de jur. dot. l. 8. de pact. dot. l. 22 §. 10. sol. matr.* quibus etiam jungi potest. *l. 2. § 2. eod. Hillig. D. E. lib. 14. c. 5. F.*

20. Secundum in quo patriæ potestatis jus suspenditur est, quod sine ejus consensu filiusfam. mutuum contrahere, uti ex Bald. notat Gothof. *ad l. 52. pr. de acquir. her. lit. e.* aliosque contractus celebrare possit, ad quos aliàs patris consensu opus habet, ut in hereditatis aditione. *d. l.* quâ quid sibi aut patri acquirat filius latè ostendit Enenckel. *de parent. & liber. priv. 4. cap 3. n. 15. & seqq.*

21. Tertium, quod filiusfam. furiosi legitimam personam standi in judicio habeat in illis causis in quibus aliàs actio patri quæritur, vel quas sine consensu patris persequi non potest modo tamen curator non sit, qui patris nomine agat. *l. 18. § 1. de judic. l. 8. pr. de procur. l. 12. de in jus voc. Vid. l. 17. § 11. de iniur.*

Uti autem commoda sentit pater furiosus, ita & onera parentum eum sustinere æquum est, secundum vulgaria juris.

22. Restat, ut videamus jam, quomodo patria potestas, quam furiosus habet in liberos, dissolvi possit. Ubi tenendum

Erkundigung mehrbesagter B. B. durch ein ordentliche Richterliche vmbfrag seines bekandten Verthunischen wesens vnd Lebens halber in prodigum, für einen verthunischen Haußhalter/ Zechbruder vnd vppigen verschwender declarirt vnd außgeruffen/ deme auch die administration vnd Verwaltung sein vnd seines Eheweibs Nahrung vnd Güter intercidirt vnd gesperrt sein/ vnd zu dessen männigliches wissen vnd verwarnen gegenwertiges proclama ad valvas offentlich angeschlagen werden solle. Hierauff vnd in krafft dessen so interdiciren vnd verbieten wir vielernannten B. B. die administration vnnd Verwaltung aller vnd jeder seiner vnd der seinen vbriger ligend vnd fahrender Haag/ Nahrung vnd Güter 2c. item so wollen wir dieselben conventiones, pacta &c. für Nichtig/ Vngültig/ Vnkräfftig/ (wie sie dann vermög der Rechten ohne das seind) halten 2c. imò præsenti hoc die, si cui volupe est, ex aliis duobus dicto in loco de hoc informari uberiùs poterit. Cujus ratio est, quod prodigorum mores non ita in sensus incurrant, sed tantum judicio, & accuratiori quidem, discerni velint. *Dn. Frantzk. 3. exerc. 60.* facta ergo declaratio legis demum potestati prodigis bonorum administratione interdicentis locum facit. *Dn. Carpz. 1. F. p. 2. const. 15. d. 37. ubi etiam præjudicium allegat* etiamsi expressè magistratus [illegible] nis non interdixerit. *Dn. Arunc. D. Rebhan in Isag. Justin. de curat.* [illegible] at furor ipse sese satis cuilibet declarat. Et licet interdum declaratio fiat à magistratu, illa tamen non fit tam propter actus futuros, uti declaratio alicujus in prodigum, quam potius præteritos. Sed hæc quæstio, quæ magni momenti est, in præsenti latius ut debebat, deduci nequit. Clarè eandem decisam videre si cui libet, evolvat Ungebaur *exerc. Justin. 4. q. 11.* Quam frustra ergò à nonnullis quæratur: An quando furioso administratio interdicitur, citatio requiratur? nemo non videt. & rectissimè id negatur à Quintil. Mandos. *tract. de inhib. q. 18. n. 8.*

4. Ademtâ ita à natura & lege furioso bonorum administratione, non amplius erit suæ potestatis, sed sub curatore. Ex quo tamen neutiquam sequitur, ut existimat Card. Tusch. *pract. concl. 545 n. 4.* causam furoris esse status causam; hunc enim furorem non mutare, supra ostensum fuit, nisi vocem status in latiori significatu accipere vellemus.

5. De

5. De hac furiosi cura (de qua etiam nonnulla habet Balthas. *pract. resol. jur. Civ. & Bavar. p. 1. t. 5. res. 9.*) in seqq. nunc erit agendum, ita tamen ut summo saltem digito amplissimam hanc materiam attingam, consideraturus eandem tum ex consentaneis, hocque modo ut constituendam, & ut constitutam; tum ex dissentaneis, & quomodo iterum finiatur. Circa constitutionem curæ furiosi videndum erit à quo, quis, cui & quomodo furioso constituatur curator.

6. Causa ergo efficiens Lex est tum immediatè, tum mediatè, hoc tn. modo nō ns. per magistratū constituit, per patrē minimè, cum nullibi patri, ut testamento dare posset, hanc facultatem concesserit, frustra renitente Sichard. *in Cod. ad l. 6. C. de N.G. n. 6.* contra expressum Triphonini JC. responsum *in l. pen. pr. ff. de cur. fur.* Datus tamen à patre confirmandus est *d. l. pen. pr.* & quidem sine omni inquisitione, *§. fin. I. de tutel.* sine omni satisdationis exactione *per l. 7. §. 5. C. de Cur. fur.* ubi elegans additur ratio. quo tn. in casu non excluditur limitatio generalis in *l. 8. & seqq. de conf. tut.* allata. à matre v. datus vel aliis extraneis cum inquisitione. *l. 1. §. 2. l. 2. de conf. tut.* Atq; hic confirmatus tunc omnibus aliis præfertur *d. l. pen. pr. ff. de cur. fur.* & ratione causæ effic. quid. pro dativo habetur, at non quoad effectus, *per l. 34. junct. l. 32. ff. de excus. tut. per d. l. 7. §. 5. C. de cur. fur. l. 3. ff. de conf. tut. §. 1. I. de satisd. Dn. Ludvv. disp. Inst. 3. th. 2. lit. C. Scotan. exam. Iur. p. m. 561.* Eo autem non extante locus fit aliis, & quid. mox legitimo. *Ant. Scappus IC. Bonon. tr. jur. non scr. lib. 6 c. 13. num. 1.* quemadmodum eidem quoque fit locus, si cura adolescentis furiosi elapso 25. anno finita fuerit. *l. 3. §. 1. de tut. junct. pr. I. de curat.*

7. Dixi legem esse causam efficientem immediatè. Quod ipsum singulare est in furioso, cum aliàs curatores non nisi à magistratu *§. 1. I. de curat.* etiam mente captis dentur. *§. 4. I. eod.* in quo ipso notabilis inter furiosum & mente captum differentia est. *Baro Schenck progymn. for. lib. 1. tit. 7. num. 3.* Et quidem Lex XII. tab., cuius verba recenset auctor *ad Herenn. lib. 1. & Cicero lib. 2. de Invent.* ita: *si furiosus existat agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.* quorum verborum singulorum explicationem instituti ratio hac vice acquiescere jubet.

 8. Causa

uti id poteſt. *l.16.* §.1. *qui teſt. fac. poſſ. l.24. de O. & A.* 3. Curatoris in teſtamento conſtitutio. *l.16. pr. ff. l.7.* §.5. *C. de cur. fur.* qui effectus tamen non tam à patria poteſtate, quam affectione dependet. 4. Facultas eidem pupillariter & quaſi pupillariter ſubſtituendi, de qua ſuo loco. 5. Poteſtas injuriam filiof. furioſo illatam vindicandi, *l.3.* §.1. *& 2. de injur. junct.* §.2. *I. eod.* eandemque remittendi. *l.17.* § 11. *ff. eod.* & ſimilia.

7. Uti itaque parentibus quoad liberos furioſos ſalva relinquuntur jura, ita viciſſim II. nihil per furorem decedit liberis furioſis quoad parentes, ita ut onera parentum ſint horum commoda, & vice verſa.

8. Parit III. præſuppoſitum hoc etiam quoad extraneos effectum, quatenus e. gr. ii in cauſa furioſi filii non tenentur patrem in teſtem admittere, uti in caſu converſo expreſsè id confirmat Ayrer 1. *proceſſ.* 8. O.1. *n.6.* nec uxor ſervo filii furioſi quid donare poteſt. *arg. l.3.* §.3. *de donat. int. vir. & ux.*

9. Antequam hinc abeam, de modo patriam poteſtatem ſolvendi nobiliori, emancipatione nempe adjungam pauca prioribus, hoc ſcil. quod furioſus per eandem liberari poſſit, cum verſante hîc beneficio & re favorabili *l. un. C. de ingr. lib. l.3. verſ. fin v. C. de bon. mat.* tacitum illius conſenſum ad exemplum infantis jura præſumant, *l.5. C. de emanc. liber.* qui ſufficit, concurrente hîc maximè aliâ præſumtione in affectu paterno poſitâ. Vide ea, quæ ſupra de ſervo furioſo manumittendo dicta. Quæ rationes facile à me obtinent, ut idem de adoptione, quatenus & illa inter modos p.p. ſolvendi refertur, aſſeram, *arg. l.42. de adopt. add. l.33. ff. eod.*

10. Dicendum nunc de patre furioſo: & quidem an & quatenus patriam poteſtatem non tantùm de novo acquirere? verum etiam acquiſitam ante furorem retinere, duranteve furore eandem amittere queat? Modorum patriam poteſtatem conſtituendi 1. nobiliſſimus, frequentiſſimus & maximè naturalis eſt nativitatis vera, quæ ſc. fit per naturam

turam interventu nuptiarum legitimarum. Etsi vero furiosis natura non denegaverit corporum conjunctionem, *l.8.pr de his qui sui vel al.jur.l.77.§ 1. ad SC. Treb.* illa tamen ad hunc effectum non sufficit, qui insuper ad sui productionem nuptiarum legitimarum, ut dictum, interventum requirit. Furorem autem sponsalibus & matrimonio impedimento esse, plus quam manifestum est, inquit Gajus *in d. l.8.* & matrimonium tale ipso jure nullum esse pronunciat Scævola *in d.l.77.§.1. vid. & l.16 §.2. de R. N.c.neque furiosus. XXXII. q.7.c.24.X. de sponsal.* idque propter defectum voluntatis, quam præprimis cum libertate, veritate quoque consensus & judicii integritate negotium hoc requirit. *l.30. de R.I. junct. l.40.eod.* finis item matrimonii tum principalis, tum accessorii. *Nov.Leon.111. & seq.* Ampliationes hujus plurimas & notabiles (inter quas est & illa, quod nec ex dispensatione magistratus matrimonium furiosi subsistat *Ames.tr. de consc. & consc. jur. lib.5. c.35.*) cum Dd. authoritatibus alii tempori reservo.

11. Nullum est ergo ipso jure matrimonium tale, nullosque effectus juris Civ. imo nec naturalis, quantum ad ipsos conjuges producere potest, *per §.pen. I.de nupt.* Dixi, quantum ad ipsos conjuges. nam quantum ad liberos à furioso procreatos attinet, illi omnino ab ipsis alendi sunt, cum alimentationis effectus non à patria potestate, *auth. liberi. Cod. de natur. lib.* sed sanguinis caritate descendat, ut loquitur Ulpian. *in l.5 §.2. de agnosc.lib.* Facta ergo nullitatis declaratione mulier ejusmodi contra furiosum præjudicialem actionem de partu agnoscendo instituere necesse habebit, vel filius de filiatione naturali, in qua ipsi filiationis probatio difficillima erit. *l.83. de condit. & demonstr.* Est præterea hujus conjunctionis notabilis effectus notandus ex *d.l.77.§.5.ad SC.Treb.* quod nimirum liberi ex furiosa, tempore furoris in matrimonium collocata, faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit. An vero idem responsurus fuisset JCtus de patre furioso consultus, dubitat Ant. Faber. *1. Jurisprud.Papin. princ.5. illat 14 tit.9.* num rectè? Ut ut vero nullum sit ejusmodi matrimonium, declaratoriâ tamen sententiâ opus habet cum causæ cognitione, uti scribit Innocentius III. *in d. c.24. X. de sponsal.*

12. Sequi-

12. Sequitur 2. modus p. poteſtatem conſtituendi nempe adoptio, quæ cum ſit actus legitimus, idem à furioſo factus nullius erit valoris propter defectum tum cauſæ efficientis, tum ſubjecti. *Vultej. I. R. lib. I. c. 22.*

13. Supereſt 3. qui fit per legitimationem. Et quidem per ſubſequens matrimonium à furioſo initum nemo legitimus fiet, vi hactenus dictorum; ſanæ tamen mentis poſtea factus, ſi ratum habuerit, validum erit matrimonium tale. *Alb. Gent. diſput. de nupt. lib. 3 cap. 7.* Per reſcriptum vero Principis nullatenus acquirere poterit, cum ad preces Principi offerendas, quæ cauſam petitionis exprimere debent, tam ſit idoneus, quam ad alia quævis. Filius ergo ipſe, ut per ejuſmodi reſcriptum ſibi macula tollatur, providebit.

14. Hæc omnia procedunt in iis, qui tempore furoris ſeſe matrimonio conjungunt. Verùm an in ſuſceptum in matrimonio ante furorem contracto filium patri furioſo jus patriæ poteſtatis acquiratur, non uſque quaque eſt expeditum. Deciſio enim ejus manat ex deciſione quæſtionis. An furor matrimonio jam contracto ſuperveniens illud diſſolvat? De qua ut affirmativam obtineat Philoſophiſſimus Imp. Leo in ſua *Nov. 111. & ſeq.*, nihil non molitur. Nos vero melius edocti negativam cum multis ampliationibus defendimus, arcum tamen ejus in hoc ipſo nimiùm philoſophando intenſum minimè hac vice textuum & Dd. authoritatibus aut rationibus quarum omnino plures ac prægnantes ſuppetunt, rupturi. vid. interim *Albert. Gentil. diſput. de nupt. lib. 6 cap. 18. & Dn. Carpzov. Iuriſpr. Ed F. part. 4. conſt. 20. d. 11.* ubi hanc ſententiam præjudicio quoque confirmat, cujus hæc ſunt verba: Ob wol T. S. nunmehr ins fünffte Jahr mit Wahnſinnigkeit dermaſſen beladen geweſen vnnd noch iſt daß man jhn mit Ketten vnd Banden verwahren müſſen ꝛc. So hat doch die geſuchte ſeparation vnd Abſonderung der Ehe als auch der Güter vnter den Eheleuten noch zur zeit nicht ſtatt ꝛc. In caſu tamen violenti furoris quoad ſeparationem habitationis tantùm moribus quoque noſtris ſecus eſt. *Dn. Carpz. Pr. Crim. P. 2 q 61.*

2. quæst. 61. num. 30. & seqq. maximè n. 39. Covarruv. tom. 1. de matrim. p. 2. cap. 7. §. 5. num. 6. An vero sponsalia tempore sanæ mentis contracta propter furorem dirimi possint? res sanè videtur difficilior. Multi id negant, ita tamen ut asserant furorem talem obstare, quo minus matrimonium promissum confici queat. quorũ sententia de jure Civ. quidem procedit *pr. l. 8. de spons.* at de Jur. Can. post introductam divisionem sponsaliorum in ea quæ sunt de præsenti, & quæ de futuro, distinctione opus esset. Sed puto hoc judicis arbitrio committendum esse, qui inspectis & probè perpensis circumstantiis, cùm vinculum conjugale nondum sit nexum, etiamsi sponsalia jam de præsenti facta fuerint, sententiam æquitati congruentem ferat. *vid. Dn. Carp. I.C. part. 2. def. 182. & seq.*

15. Matrimoniale itaque vinculum nullatenus dissolvit furor. Ex quo sequitur. 1. quod communicata maneat potestas corporum per matrimonialem consensum ab initio translata, nemini communicanda. Precibus ergo refrenandæ potius cupiditates pravæ, quam per illicita remedium quærendum, fidei nempe conjugalis violatione, quę nihilominus in hoc casu & Deum & L. Juliam & criminales ordinationes in se vindices habet. Ordinariam tamen adulterii pœnam hoc in casu in arbitrariam commutandã esse, statuit Dn. Carpz. *Pr. Crim. d. l. n. 36. & seqq.* ubi sequens præjudicium habet ad consult. Quæst. Chemn. M. Nov. 1629. Da nun P. Z. mit der Vettel zur zeit/ als sein Weib noch vnsinnig gewesen vnd an Ketten gelegen/ fleischliche Vnzucht vnnd Ehebruch getrieben hette/ dafür es sich auß denen vns zugeschickten inquisitionen ansehen lässet; So verbleibe er mit der ordentlichen Todesstraffe der Ehebrecher billich verschonet / Er würde aber gleichwol offentlich zur staupen geschlagen vnnd darauff deß Landes ewig verwiesen ꝛc. 2. Nec illicita habeatur corporum etiam in furore conjunctio. *arg. l. 8. pr. de his qui sui vel alien. jur.* à qua tamen sanæ mentis conjugi potius abstinendum, monente Alber. Gentil. *vid Nov. Leon. 112. ibi: ac profectò si fortè ex tam infortunato connubio fœtus in lucem prodeat, quum natura fructus rebus ut plurimùm assimilare soleat: quomodo non hic ipse fœtus humano generi commune detrimentum adferet?* ad eam verò haud quaquam poterit com-

pelli. 3. Cohabitatio furioso non deneganda, *per rat. l. 22. § [illegible] so ut. matr.* præter casum furoris atrocioris. Hæc quidem de effectibus matrimonii, qui conjugibus sunt communes. Ex hoc ulterius est, 4. quod maritus furiosus retineat imperium in uxorem, non tamen ejus exercitium. 5. Marito furioso etiam obsequium & reverẽtia sine dubio debebitur. *per l. 14. §. 1 solut matr. junct. Nov. 115. c. 3 § 12.* Huc spectat quæstio: An stante statuto, quod uxor sine consensu mariti non possit contrahere si maritus sit furiosus, uxor licitè contrahere possit? quam cum Andr Tiraq. *de legib. connub. & jur. mar. tom 2. gl. 8. n. 32. & seqq.* Aff. Similem huic quæstionem instituit Barth. Bertazol. *tr claus instr claus. 7 gl. 15. n 2.* scil. Statuto requirente consanguinei consensum in contractu mulieris, si consanguineus furiosus sit, an impediat, quin mulier absque ejus consensu liberè contrahere possit? quod similiter negat cum cautela tamen. At quis erit curator uxoris in illis locis v. g. Saxonia, Ducatu Wirtenberg. ubi maritus perpetuus est uxoris curator si ille in furorem vertatur? Oneribus quoque marito alias incumbentibus furor maritum non sublevabit. Curator ergò m[illegible] nomine necessaria uxori suppeditabit.

16. Quod de marito furioso dictum, idem de uxore furiosa dicendum restat. Ad eam scil. mariti flecti debet cura corporis sanitatem præsentem conservandi, mentis v. amissam recuperandi. Probatur hoc in genere *per l. 1[illegible] C. de N G.* in specie vero *per l. 22 § 8 sol. matr.* etiam ultra dotis quantitatem, secus ac nonnulli ex d. l. [illegible] & absurdè quidem [illegible] Goth *in not. ad d. [illegible] lit. g.* Probatur hoc quoque *per [illegible]*. Atque ad hoc officium competentibus remediis compelli potest officio judicis à furiosæ curatore vel cognatis implorato, etiam dotis sequestratione in casum imminentis [illegible] dotalium dissipationis. *d. l. 22. § 8.* Quod si verò eam neglectam perire siverit, præter pœnam communem [illegible] lucrorum dotalium hereditatisque ex statuto debitæ (quia tunc ad occisæ heredes non verò ad fiscum devolventur, *Dn. Wurmser. in nucl jur. controv. lib. [illegible] contr. 11. nu. ult.*) uxoricidii quoque pœna in eum animadverte-

vertetur, de qua *vid. Dn. Carpzov. Pr. Cr. p. 1. q. 12. n. 1.* Cæterum ſi cognati uxoris id omiſerint, ab hereditate repelluntur. *arg. §. 6. I de SC. Tert. l. 10. C. de legit. her.* quæ pœna etiam ad ſcriptos in furioſi teſtamento heredes extenditur in *d. Nov. 115. c. 3. §. 12. verſ. ſi autem aliquo furoris.* Non tamen exiſtimandum eſt, quod præter affectionis curam maritus etiam adminiſtrationis bonorum in ſe ſuſcipere teneatur, quin imò ab ea per leges repellitur. text. gen *in §. pen. I. de excuſ. tut.* & ſpecialiter hoc probat Papin. *in l. 14. de cur. fur.*

17. Ex hiſce jam præmiſſis ad quæſtionem ſupra propoſitam facilius nunc reſponderi poteſt, ſcil. non privari parentes furioſos patria poteſtate in liberos ex matrimonio tum ante furorem, tum in eo ſuſceptos. Eſt igitur hic iterum fons, ex quo fluunt commoda & onera. Scil. fluit hinc commodum 1. poteſtatis. *l. 8. pr. de his qui ſui vel al. jur.* cujus tamen exercitium in certis caſibus ſuſpenditur. 2. vinculi naturalis, ex quo deſcendit. 3. commodum obſequii, *text. expr. in Nov. 115. cap. 3. §. 12.* pietatis, *l. 4 de cur. fur.* amoris & reverentiæ, vi quarti præcepti. Væh ergò, ac iterum væh! liberis illis, qui diabolica ducti impietate pro obſequio odium, pro amore tædium, pro reverentia contemtum miſeris ejuſmodi parentibus exhibent. Væh! dico, & inclamo iterum væh! liberis illis, quos nec natura ſtimulans, nec Deus præmiis invitans & pœnis adhortans, nec humanitatis jura miſeris & infelicibus in genere, nedum parentibus ſolicitè benigna ad officium ſuum perducere poſſunt. 4. Alimentationis etiam à liberis propriis ſumtibus faciendæ, ſi parentes furioſi ſe exhibere nequeant. *d. Novell. 115. c. 3. §. 12. Iur Pr. Wirt. p. 3. tit. 17* §. wann die Eltern an Leibs-Nahrung. 5. Curæ, etiam adminiſtrationis bonorum tum furioſi patris, ſi filius à Prætore probus repertus fuerit, *l. 1. §. 1. de cur. fur.* tum matris *l. 4. eod.* quod ſi nequeunt curam hanc ſubire, tenentur petere Curatores. *l. 3. C eod. Ant. Fab. Iuriſpr. Papin. tit. 12. princ. 3. illat. 3.* Hæc a. ſi neglexerint eaſdem ſentient pœnas, quas in caſu converſo parentes impii. *d. Novell. 115. cap. 3. § 12.* 6. Acquiſitionis bonorum filii tum plenariæ, *l. 1. §. 5. de acquir. poſſ. junct. l. 7 §. 1. de pecul.* tum uſufructutenus. 7. Succeſſionis in bonis à libe-

ris relictis. An autem & quomodo adire possint eorum hereditatem alibi dicetur.

18. Vigore hujus potestatis liberi quoque parentum furiosorum sine eorum consensu nec nuptias contrahere, nec quoslibet contractus celebrare, nec in judicio consistere possent. Verùm & æquitati & rationi conveniens visum est legumlatoribus, ut in totum patriæ potestatis exercitium in hoc casu suspenderent, atq; in his causis filium pro patrefa. haberent. *vid. l. 52. de acquir. her. & ibi Gothof. lit. a.* Itaque Primò sine eorum consensu nuptias si contrahunt liberi, nec conscientiam suam lædunt, nec pœnas legitimas incurrunt, jure namque permittente id faciunt. Quod ipsum tamen olim inter JCtos magnoperè cõtrovertebatur, (furiosorum enim jura valde fuisse dubia apud veteres deprehendo, adeò ut non satis mirari vacet. Invenire licet eos planè in bella disputatoria exarsisse, uti emphaticè per allegoriam, certè venustam, arbiter eorum Justinianus in alia causa hoc ipsum proponere voluit *in l. 7. §. 3. Cod. de cur. fur.* his verbis: *magna & inextricabilis vetustissimo juri dubitatio exorta est &c. & juris auctores ex utroq; latere magnum habuere certamen. Nos itaq; utramque auctorum aciem certo fœdere componentes &c.*) ita quidem ut à Marci Imper. temporibus per tot secula ad Justinianum usque cõvenire non potuerint, nec attendere necessitatis momenta voluerint ii, qui cortici verborum præsumtuosè inhærebant contra mentem Legislatoris clarissimam, quos tamen par erat ob oculos habere illud, quod in hac materia haud dissimili in casu Triphoninum JC. movit *in l. 12. §. 3. in fin. ff. de capt. & postl. rev. ibi: quia illius temporis conditio necessitasque faciebat, & publica nuptiarum utilitas.* Sed propositæ quæstionis belli causas tum justificatorias tum suasorias, quâ item ratione Imp. composuerit, inquirere etsi jucundum esset, in præsenti tamen haud licet. Videri interim potest *pr. I. & l. 25. Cod. de nupt. l. 28. C. de episc. aud.* in quibus textibus hæc sine tali consensu conjugia ineundi licentia nonnihil restringitur. Quod si tamen avus cujus neptis vivente patre nubere vult, furiosus sit, exercitium hoc potestatis recidit in patrem, qui avo vivente eo destituebatur. *l. 16. §. 1. de R. nupt.* aut si pater furit, avus vero sapiat, tunc avi autho-

ritas

ritas sufficit etiam eo in casu, quando nepos uxorem vult ducere. *l.9. princ. ff. eod. Enenckel. de parent. & lib. priv. 6. c. 10. n. 10.* Sine consensu itaque furiosi parentis matrimonii conditionem honestè liberi quærere possunt; quod tamen fallit si ante furorem dissensum quoad hanc vel illam personam jam declarasset; quo ipso sanè libertas illa nonnihil restringeretur. Generalis namque hîc notetur regula tradita ab Alber. Gent. *de nupt. lib. 3. c. 7.* quod in amentibus contradictionis ante dementiam factæ propositum durare intelligatur. Quæ regula quoque de proposito consensus in quam plurimis verificatur. *fac. l. 2. de concub.*

19. Non est ab hoc loco alienum nunc quærere, quis in hoc casu liberis furiosis dotem & donationem propter N. constituat? aut quis dotem soluto matrimonio repetat? Occurrunt enim & hîc singularia quædam, maximè circa dotis tum constitutionem & determinationem, à quo & quomodo sit facienda, tum v. constitutæ repetitionem. Sed sufficiat in præsenti saltem indicare loca juris, in quibus extant talia. hæc sunt *d. l. 28. C. de Episc. aud. d. l. 25. C. de nupt. l. 5. §. 3. de jur. dot. l. 8. de pact. dot. l. 22. §. 10. sol. matr.* quibus etiam jungi potest. *l. 2. § 1. eod. Hillig. D. E. lib. 14. c. 5. E.*

20. Secundum in quo patriæ potestatis jus suspenditur est, quod sine ejus consensu filiusfam. mutuum contrahere, uti ex Bald. notat Gothof. *ad l. 52. pr. de acquir. her. lit. e.* aliosque contractus celebrare possit, ad quos aliàs patris consensu opus habet, ut in hereditatis aditione. *d. l.* quâ quid sibi aut patri acquirat filius latè ostendit Enenckel. *de parent. & liber. priv. 4. cap. 3. n. 15. & seqq.*

21. Tertium, quod filiusfam. furiosi legitimam personam standi in judicio habeat in illis causis in quibus aliàs actio patri quæritur, vel quas sine consensu patris persequi non potest. modo tamen curator non sit, qui patris nomine agat. *l. 18. § 1. de judic. l. 8. pr. de procur. l. 12. de in jus voc. Vid. l. 17. § 11. de injur.*

Uti autem commoda sentit pater furiosus, ita & onera parentum eum sustinere æquum est, secundum vulgaria juris.

22. Restat, ut videamus jam, quomodo patria potestas, quam furiosus habet in liberos, dissolvi possit. Ubi te-

nendum generaliter, quod ubicunque ad actum & modum dissolutionis consensus tanquam ejus causa efficiens requiritur, illum ipsum furiosus celebrare nequeat, nec eo liberari possint liberi. Quare nec emancipatione, nec datione in adoptionem à se dimittere poterit liberos, per rat. *l.4. C. de emanc. l 31. de adopt. §. 6.3. & ultim. Inst. quib. mod. jus p. p. solv.* ne quidem per curatorem. Nec etiam liberi præscriptione libertatis à patria potestate se eximere poterunt, de quo modo agitur *in l. 1. Cod. de patr. potest.* Moribus tamen nostris & Jure Sax. per separatam habitationem vel secessionem à patris Oeconomia wann sie jhr eigen vnd gesonderte Haußhaltung führen/ *Dn. Avunc. D. Rebhan. in Isagog. Iustin. disput. 2. ad tit. 12. lib. 1. n. 11. ubi multos allegat.* liberi si majorennes sunt So zu jhren mündigen Jahren kommen/id facere possunt, *v. Const. Elect. 10. & ad eand. Dn. Carpz. 1. F. p. 2. d. 1. 1. P. W. p. 2. tit. 18.*

23. Atq; sic statum familiæ priori modo consideravi. Sequitur nunc posterior modus, quatenus sc. unum aliquod corpus constituit sub uno agnationis stipite ex pluribus subalternis familiis constans. De quo paucis id notandum, quod omnium jurium familię hoc modo consideratæ capax sit & maneat furiosus, nisi quatenus vel ipsis specialiter furor impedimento est, vel illorum exercitio, uti de tutela supra vidimus, & de feudi successione infra dicemus.

Portio II.

De furiosis quatenus sunt sui juris.

1. Nexibus patriæ potestatis solutus furiosus in suam venit potestatē, ut cœteri sui juris constituti, cum aliqua tamen notabili differentia. Et quidem si pupillaris ætatis adhuc est, ut alii, tutoris potestati subjicitur propter ætatem, non v. curatoris propter furorem. *per l. 3. §. 1. de tutel.* cujus rationem subjicit Goth. *d. l. lit. i.* quam præ illa Ant. Fabri & ex eo Hillig. D. E. *lib. 3. c. 2. B.* sc. quod major sit tutoris, quā curatoris in furiosum potestas, agnosco. Quod verum quoq; est, etsi in tutela jam constituto supervenerit furor. Hæc ipsa vero tutela à cæteris quo ad principale tutoris officium non differt, quoad minus principale vero, quod circa furiosi bona administranda versatur, hæc est differentia,

quod

quod nunquam interveniente furioso pupillo administret propter intellectus ejus defectum.

2. Major difficultas est de minore 25. annis furioso, an illi ut adolescenti detur curator, an vero ut furioso? quæ quæstio contrariis Dd. votis decisa est, nec sua caret utilitate. Affirmativa tamen mihi contra *A. Fabr. 1. Jurispr. Papin. lib. 12. pr. illat. 6.* placet cum Vinnio *com. I. de curat. §. 3. per d. l. 3. §. 1.* nec opus est statuere textum *d. l.* à Triboniano corruptum esse.

3. Egresso vero minorennem ætatem salubriter prospexerunt miserabilium ejusmodi personarum supremi defensores Legumlatores, & quoad ipsorum personas, & quoad bona, cum rebus suis ipsi superesse nequeant. §. 4. *I. de curat. l. 2. de cur. fur.* Scil. impedimentum naturæ, quo ab omni bonorum administratione alieni esse jubentur, suâ cōfirmarunt legislatione, & ut perpetuò sub curatore essent, constituerunt. Quanquam enim haud pauci sint, qui non ipso jure, sed magistratus demum decreto furioso bonis interdici existimant; nunquam tamen huic sententiæ calculum meum apponere potui. Etenim cuicunque actui unum vel alterum actionum humanarum principium deest, voluntas nimirum aut facultas, ille ipse ita mox nullus est, ut non opus habeat ullo magistratus decreto, vel sentētia declaratoria, quantum ad ipsam actus nullitatem in sese; at ex accidenti interdum fit, ut controversiâ inter partes ortâ magistratus declaratoria sententia accedat, ex quo tamen non sequitur, quod jam ante talem sententiam non facta ipso jure interdictio; exemplo compensationis. Rectissimè ergò scribit è Fulgos. Card. Tusch. *pr. concl. 539. n. 10.* furiosi actum nullum esse, etsi nec curatorē habeat, nec bonorum interdictio ipsi facta, à magistratu scilicet. Aliter se res habet in prodigo; ibi enim semper opus est declaratoriâ sententiâ ad hunc effectum, ut juridicè talis sit & habeatur *l. 1. §. 1. de cur. fur. §. 2. I. quib. non est perm. fac. test. §. 6. I. de testam.* ante quam declarationem, quicquid egit ipso jure omnino validum est. Et hoc de consuetudine ita fieri ipsemet observavi non ita pridem in inclyta hac Argentoratensium Republica in pubico aliquo curiæ valvis affixo proclamate, his verbis: Als hat uns eingangs ernannte Eva/ sein B. B. Ehefraw einständigen fleisses höchst flehentlichen angelangt/ auch erhalten/ daß nach gnugsamer eingenommener

Erkundigung mehrbesagter B. B. durch ein ordentliche Richterliche vmbfrag seines bekandten Verthunischen wesens vnd Lebens halber in prodigum, für einen verthunischen Haußhalter/ Zechbruder vnd vppigen verschwender declarirt vnd außgeruffen / deme auch die administration vnd Verwaltung sein vnd seines Eheweibs Nahrung vnd Güter intercidirt vnd gesperrt sein/ vnd zu dessen männigliches wissen vnd verwarnen gegenwertiges proclama ad valvas offentlich angeschlagen werden solle. Hierauff vnd in krafft dessen so interdiciren vnd verbieten wir vielernannten B. B. die administration vnnd Verwaltung aller vnd jeder seiner vnd der seinen vbriger ligend vnd fahrender Haag/ Nahrung vnd Güter ꝛc. item so wollen wir dieselben conventiones, pacta &c. für Nichtig/ Vngültig/ Vnkräfftig/ (wie sie dann vermög der Rechten ohne das seind) halten ꝛc. imò præsenti hoc die, si cui volupe est, ex aliis duobus dicto in loco de hoc informari uberiùs poterit. Cujus ratio est, quod prodigorum mores non ita in sensus incurrant, sed tantum judicio, & accuratiori quidem, discerni velint. *Dn. Frantzk. 3. exerc. 60.* facta ergo declaratio legis demum potestati prodigis bonorum administratione interdicentis locum facit. *Dn. Carpz. 1. F. p. 2. const. 15. d. 37. ubi etiam præjudicium allegat* etiamsi expressè magistratus [illegible] nis non interdixerit. *Dn. Avunc. D. Rebhan in Isag. Iustin. de curat.* [illegible] at furor ipse sese satis cuilibet declarat. Et licet interdum declaratio fiat à magistratu, illa tamen non fit tam propter actus futuros, uti declaratio alicujus in prodigum, quam potius præteritos. Sed hæc quæstio, quæ magni momenti est, in præsenti latius ut debebat, deduci nequit. Clarè eandem decisam videre si cui libet: evolvat Ungebaur *exerc. Iustin. 4. q. 11.* Quam frustra ergò à nonnullis quæratur: An quando furioso administratio interdicitur, citatio requiratur? nemo non videt, & rectissimè id negatur à Quintil. Mandos. *tract de inhib. q. 18. n. 8.*

4. Ademtâ ita à natura & lege furioso bonorum administratione, non amplius erit suæ potestatis, sed sub curatore. Ex quo tamen neutiquam sequitur, ut existimat Card. Tusch. *pract. concl. 545 n. 4.* causam furoris esse status causam; hunc enim furorem non mutare, supra ostensum fuit, nisi vocem status in latiori significatu accipere vellemus.

5. De

5. De hac *furiosi cura* (de qua etiam nonnulla habet Balthas. *pract. resol. jur. Civ. & Bavar. p. 1. t. 5. res. 9.*) in seqq. nunc erit agendum, ita tamen ut summo saltem digito amplissimam hanc materiam attingam, consideraturus eandem tum ex consentaneis, hocque modo ut constituendam, & ut constitutam; tum ex dissentaneis, & quomodo iterum finiatur. Circa constitutionem curæ furiosi videndum erit à quo, quis, cui & quomodo furioso constituatur curator.

6. Causa ergo efficiens Lex est tum immediatè, tum mediatè, hoc tn. modo nõ ns. per magistratũ constituit, per patrẽ minimè, cum nullibi patri, ut testamento dare posset, hanc facultatem concesserit, frustra renitente Sichard. *in Cod. ad l. 6. C. de N. G. n. 6.* contra expressum Triphonini JC. responsum *in l. pen. pr. ff. de cur. fur.* Datus tamen à patre confirmandus est *d. l. pen. pr.* & quidem sine omni inquisitione, *§. fin. I. de tutel.* sine omni satisdationis exactione *per l. 7. §. 5. C. de Cur. fur.* ubi elegans additur ratio. quo tn. in casu non excluditur limitatio generalis in *l. 8. & seqq. de conf. tut.* allata. à matre v. datus vel aliis extraneis cum inquisitione. *l. 1. §. 2. l. 2. de conf. tut.* Atq; hic confirmatus tunc omnibus aliis præfertur *d. l. pen. pr. ff. de cur. fur.* & ratione causæ effic. quid. pro dativo habetur, at non quoad effectus, *per l. 34. junct. l. 32. ff. de excus. tut. per d. l. 7. §. 5. C. de cur. fur. l. 3. ff. de conf. tut. §. 1. I. de satisd. Dn. Ludvv. disp. Inst. 3. θ. 2. lit. C. Scotan. exam. Iur. p. m. 561.* Eo autem non extante locus fit aliis, & quid. mox legitimo. *Ant. Scappus IC. Bonon. tr. jur. non scr. lib. 6. c. 13. num. 1.* quemadmodum eidem quoque fit locus, si cura adolescentis furiosi elapso 25. anno finita fuerit. *l. 3. §. 1. de tut. junct. pr. I. de curat.*

7. Dixi legem esse causam efficientem immediatè. Quod ipsum singulare est in furioso, cum aliàs curatores non nisi à magistratu *§. 1. I. de curat.* etiam mente captis dentur. *§. 4. I. eod.* in quo ipso notabilis inter furiosum & mente captum differentia est. *Baro Schenck. progymn. for. lib. 1. tit. 7. num. 3.* Et quidem Lex XII. tab., cuius verba recenset auctor *ad Herenn. lib. 1. & Cicero lib. 2. de Invent.* ita: *si furiosus existat agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.* quorum verborum singulorum explicationem instituti ratio hac vice acquiescere jubet.

8. Causa impulsiva eadem fuit quæ tutelæ introductæ. Ipso ergò Jure quia sunt in cura agnatorum furiosi, suo certè periculo non suscipientes administrationem, cessabunt. Nec necesse habent Magistratus decretum expectare de Jure Civ.; aliter atque Dn. Locam. *in quæst. Iustin.* 78. sentit. Non est autem existimandum atque si lex XII. tabb. sua sanctione omnes promiscuè agnatos atque gentiles vocet, sed de habilibus accipienda est, uti alia quælibet dispositio. *l. 13. de cur. fur. l. 27. C. de Episc. aud.* sc. si adsunt, aliàs magistratus dabit. Et hic est sensus verborum, quando dicitur furioso curatorem à Magistratu dari. Patet hinc quam perperam à quæstionis illius certè inter Dd. vexatissimæ: An cura furiosi hodiè tantùm sit dativa, non etiam legitima? decisione negativa, quæ est Bar. Schenck. à Tautenb. Schneid. C. I. A. Boër., Ungebaur. Giphan. Dn. Frantykii, recesserint alii, quos inter est Ant. Fabr. Harpr. Pacius, Vinnius.

9. Mediate autem lex per magistratum dat, ut dictum, deficientibus nempe agnatis. Hanc autem potestatem habet ille ipse magistratus, qui aliàs tutores & Curatores constituendi jus habet. *§. 3. I. de curat.* Atque hinc est, quod cura adhuc hodie, ut dictum, duplex saltem sit, legitima & dativa. Dare autem furiosis curatores debet cum causæ cognitione, non temerè *per l. 6. ff. de cur. fur.* ne simulato furore decipiatur, cuius exempla plurima compendio refert. *Tholosan. lib. 13. syntagm. c. 3. num. 26.* Et quidem Necessitativè magistratus curatores illis constituunt, tenenturque ex officio suo *l. 2. §. 13. ad SC. Tert. l. 27. C. de Episc. aud.* sive hoc petitum ab ipsis fuerit, sive non. Si tamen mater aut cœteri propinqui petere neglexerint, hereditate eius privabuntur. *§. 6. I. l. 2. §. 31. junct. § 23. ad SC. Tert. C. l. A. 26. 6. 9.*

Illa verò curatoris creatio certis solennitatib. fieri debet quas proponit Imp. *in d. l. 27.* quarum tamen nullam mentionem facit *in § 3 I de curat.* Num igitur Institutiones forsan Codici in hoc derogant?? Ita sentire Bartolum observavi *in not. Goth. ad d. l. 7. §. 5. C. de cur. fur.* ex ratione quod Institutiones Codici sint posteriores. Verùm & falsa decisio est, & falsa ratio; & si aliquid dicendum, potiùs Institutionibus in hoc derogare Codicem, statuerem.

tuerem. Id verum est, consuetudine non observari illas solennitates.

10. Subiectum legitimæ curæ sunt agnati atque gentiles. Unde sæpenumero in Jure nostro agnatus simpliciter pro curatore furiosi ponitur, ut *in l. 10. § 1. de al. jud. mut. ca. §. 3 l. de curat. l. 12. l. 13. ff. l. 2. C. de cur. fur. l. f. §. 1. de novat.* vel cum adjectione vocabuli curatoris, ut *in l. 13. de manum. l 65. de solut. d. l. 27. C. de episc. aud.* Elegans hîc movetur quæstio à Locam. *quæst. Iustin.* 80. An in casu quo furiosus decedens heredem extraneum ex testamento habiturus esset, nihilominus ad curam legitimam sit vocandus? quam tamen negativè cum eo decidendam esse ut credam, hactenus induci haud potui.

Atque hi quidem agnati compelluntur ad administrationem, præterquam si fuerint Ecclesiasticæ personæ. *l. 52. pr. C de Episc. & Cler.* quod tamen, quomodo postmodum limitatum fuerit ab Imp. Iustiniano, videri potest in *Novell. 123. c. 5. Hillig. D. E. lib. 3. cap. 3. F.*

Agnatis defertur cura hæc. Excluditur ergo mox 1. mater, & quidem per text. expr. in *l. 4. C. de cur. fur.* Idem sentiendum est de aliis ex materna linea adscendentibus. è quibus tamen personis Jure Novell. mater & avia excipitur *per Novell. 118. c. 5. & inde desumt. authent. matri & aviæ. C. quand. mul. tut. off.* quæ volentes omnino ad curam furiosi filii admittuntur. *vid. Novell. 94. c. 1. & 2.* at furiosæ matris curatio ad filium spectat. *l. 4. ff. de cur. fur.* 2. Cognati *ex d. l. XII. tabb.* quod hodie secus est *per Nov. 118. cap. 5.* 3. Maritus, *per l. 14. de curat. fur.* Perez. tamen in *C. eod. num.* 10. dicit moribus contrarium observari; cui subjungit, quod putet hoc casu addendum esse consanguineum ob ea bona, quæ soluto matrimonio ad consanguineos spectabunt. 4. Uxor. quod de jure communi verum est; secus autem esse de jure Lusitano tradit Molin. *tr. 2. disp. 220. n. 4.* quo jure uxor curatrix viri est, pòst ascendentes, tunc descendentes, inde collaterales, tandem dativo locus fit.

Dativæ quoque curæ furiosi subjectum nihil habet peculiare. nam nec hîc e. g. creditor aut debitor admittitur, per ver-

ro expressa *auth. minoris. in f. C. qui dar. tut.* nec Clericus *d. Novell. 123. cap. 5.*

11. Objectum sunt personæ sui juris, majorennes furiosæ; quæ cum aliis similibus aliàs quoq; vocari solent subjectum curæ communiter acceptæ minus adæquatum *Dn. Avunc. D. Rebhan. in Isag. Iustin. de curat. 9. 6.*

12. Forma sive differentia specifica curæ furiosi dependet partim ab objecto, partim à fine.

13. Finis autem est, ut non solùm patrimonium, sed & corpus ac salus furiosi consilio & opera curatoris tueatur. Ita enim passivè accipit hoc vocab. Julianus IC. *in l. 7. pr. de cur. fur.* ubi de hoc fine tractat. Atque sic curatoris potestati ipsa etiam furiosi persona subjicitur, vi verborum *L. XII. tabb. ibi: in eo pecuniaque eius potestas esto. Ant. Fab. jurispr. Papin. tit. 12. pr. 3. illat. 1. Vid. Besold. cons. 149. num. 6.*

14. Curæ furiosi jam constitutæ effectus consistit in ipsa administratione, quam subire non potest, nisi præstitis præstandis, h. e. iis quæ tum Jus Justinianeum, tum verò mores hodierni in omni tutela & cura requirunt. *de quibus vid. in l. 7. §. 5. & seqq. C. de cur. fur. Rec. Imp. de an. 1548. & 1557. tit.* von den Pupillen. In illis autem præstandis hoc peculiare circa satisdationem occurrit, quod qui immobilia possidet, ab hoc onere liberetur, sive testamento curator datus sit confirmatus, sive ex lege aut à magistratu constitutus. quicquid etiam dicat Baro Schenck *in progymn. for. lib 1. tit. 18. & Bachov. in not. ad Wes. de cur. fur. num. 6.* quorum ille hoc privilegium restringit ad testamentarios curatores, contra expr. text. *l. 7. § 6. C. de cur. fur.* hic verò in genere fidejussores exigit. Quod ipsum de satisdatione non exigenda Glossa *ad l. 27. C de Episc. aud.* speciale esse notat, & in hoc furiosi Curatorem à tutore pupilli differre ait Gormer. *Cod. Iur. Civ. Rom. Gall. lib. 2. tit. 2. c. 7. n. 53.*

15. Præstitis iis officium suum curator furiosi cum effectu exercere potest, quod consistit non tantum in bonorum furiosi administratione, sed etiam in personæ eiusdem defensione ac tuitione, uti dictum ex *d. l. 7. pr. de cur. fur.* Defensio hæc tribus potissimum occupata est, nempe 1. custodiâ. 2. alimentorum.

3. medi-

3. medicamentorum exhibitione. *l. 13. §. 1. l. 14. de offic. praes. l. 22. §. 8 sol. matr.*

16. Circa custodiam fur. videndum hîc in genere, tum cui hoc onus incumbat, tum qualiter sit custodiendus. Incumbit autem quibusdam ex necessitate juris ob sanguinis necessitudinem, proximioribus scil. sive ad illos hereditatis emolumentum sit perventurum, sive non. à suis scil. & necessariis contineri debet, *per text. expr. in d. l. 13. §. 1. & l. 14. de offic. praes.* Consentit his Jus Saxon. *in ord. prov. de an. 1543. & 1558. sub tit.* Was zu Ober vnd Erbgericht gehört &c. *verb.* vnsinnige Leute durch die Freunde oder auß Richterlichem Ambt bewahren lassen. & variis praejudiciis confirmat Dn. Carpz. *pr. Crim. p. 3. quaest. 145.* ex quibus huc maximè facit, quod habet *num. 45.* Darneben wird seinen nechsten Freunden aufferlegt / daß sie denselben im Hause mit Ketten vnd Banden dermassen verwahren, damit er künfftig jhme selbsten oder einem andern keinen Schaden ferner zu fügen möge / V. R. W. *praef. in* Rad *in. Maio. 1625. & n. 51, in causa furiosi intellectu aliquem habentis* R. à V. in H. *m. Aug. 1621.* Wird darneben seinen Eltern vñ Befreunden mit ernst aufferlegt / daß sie denselben im Hauß behalten / vnd ausserhalb der Predigt Göttlichen Worts zu andern gemeinen Zusam̃enkunfften / auff Hochzeiten vnd Gastereyen nicht kommen lassen, s[illegible]dern also achtung auff jhn geben sollen / damit er künfftig andern kei[illegible]n Schaden ferner zu fügen möge. V. R. W. Et hoc adeò verum est, ut nec renunciatione futurae successionis hoc onus excutere queant. *Dn. Carpzov. 4. R. 61. num. 16. & seqq.* Quomodo verò cognatis in hoc onere Gormer. *lib. 2. tit. 2. num. 54.* coniungere possit vicinos, equidem non video. Et hoc quidem in officio si negligentes fuerint, poenâ digni erunt. *arg. l. 27. §. 9. ad L. Aquil.* Aliis a. conditionaliter injungitur custodia, scriptis nẽpe in testamẽto furiosi heredibus, si nim. se hereditate nolint indignos facere. *d. Nov. 115. c. 3. §. 12. & auth. liberi. C. de Episc. aud.* His deficientibus in Xenodochia & hospitalia recipiendi sunt, & vacerrae in das Tollhauß includendi. In subsidium tandem ultimum à Magistratu, ad quem superior jurisdictio spectat, Die Obergericht / custodia devolvitur. *d. Ord. Elect. Dn. Carpz. 1. F. p. 4. const. 4. d. 10. num. 7.*

17. Modus custodiæ summam requirit diligentiam, sub certis tamen gradibus, pro ratione graduum ipsius furoris, quos consignavit Ulp. *in l. 12 & 7. & 8. sol. matr.* Scil. eo in furore primò remissiùs agente, si nimirum ferendus est furor, actiones & conatus eius diligenter observentur & ipse per necessarios contineatur, ut loquitur Ulp. *in d. l. 13. §. 1. de offic. praes.* sive ut Macer. *in l. 14. eod.* à suis custodiatur, sive in ædibus propriis, sive alibi; & quidem plerunq; non uno apposito custode, sed ad minimum duobus cum de custodibus furiosi jura non nisi in plurali loquantur. *Vid. d. l. 13. §. 1. d. l 14. vers cum a. l. 22. §. 7. sol. matr. arg. l. 9. § f. ad L. Pomp. de parric.* Deinde si augmenta capit, damnorumque ac cœdium pericula imminent, prioribus alii sunt adjungendi, vel certè in benè munitis locis custodiendus est. *d. l. 14. d. l. 9. §. f.* Tandem verò si ferocia custodum viribus & diligentia major est, & non tantæ sunt furiosi, aut qui eum exhibet, facultates, tunc demum à magistratu, ut carcere vel vinculis privatis aut publicis contineatur, impetrandum est. *Vid. Carpz. Pr. Crim. p. 3. quaest. 14. num. 19. & seqq. ubi inter alia praiudicia & hoc num. 43 habet Dnn. Scab. ad requis. Quaest.* in Keüla *m. Iul. 1625.* Er wird aber gleichwol entweder in ein Bollwerck gethan oder seinen nechsten Freunden anvertrawet vnd befohlen / daß sie denselben im Hause mit Ketten vnd Banden dermassen verwahren vnd versorgen / damit er ins künfftig jhme oder auch andern keinen Schaden ferner zu fügen möge. V. R. W. Notent tamen semper custodes furiosorum, & quibus hæc cura incumbit, non ad hoc solum ipsos adhiberi, nequid perniciosius furiosi in sese moliantur, sed ne aliis quoque sint exitio, monentibus ita Impp. D. Marco & Commodo *in l. 14. ff. de offic. praes.* (quorum verba in formulis sententiarum adhuc hodie retinentur, uti ex allegatis præjudiciis apparet) adeoque se fungi officio periculi plenissimo Legis Aquilæ actione aliisque pœnis, si in eo negligentes fuerint, ipsis imminentibus. *d l. 14. de offic. praes. Dn. Carpzov. 4. Resp. 61. num. 4.* quæ culpa ab actore probanda non est, arg. eorum, quæ habet Perez. *ad tit. C. de custod. reor.*

18. Quod attinet furiosi alimentationem, sciendum & hîc in genere est, quod ea debeatur ab illis, à quibus aliàs de jure commu-

communi extra casum furoris. *Vid. d. Nov. 115. c. 3. §. 6. l. 5. §. 1. & 2. de agnosc. & al. lib. l. 22. §. 8. sol. matr. l. 73. §. 1. de jur. dot.* Si tamen furiosus ipse bona possideat, primò omniū ex iis alendus est, ut dicitur in *l. 51. pr. de hered. pet.* inde sanguinis jura hoc suscipiunt, pergendo de gradu in gradum, *Dn. Carpzov. 4. Resp. 59. num. 16. & Resp. 61. n. 6. & seqq.* ad quod Judicis officio cogi possunt cognati, *per l. 5. §. 10. de agnosc. & al. lib.* Placet & hic apponere præjudicium Scab. Lips. ad consult. Casp. Grob. *m. Ian. 1640. à Dn. Carpzov. d. l. n. ult.* his verbis adductum: Hat ein Burger zu Torgaw hiebevor einen erschossen/ vnd weil solches von jhme auß Wahnwitzigkeit geschehen/ ist zu Rechte erkandt worden/ daß er in Verwahrung vnd Hafften gehalten werden soll/ damit er hinfüro andern kein Leid zufügen möge. Als nun dieser Rechtspruch exequiret/ hat jhn anfänglichen sein Weib/ nachmals seine Schwester/ so gleich als zu Torgaw gewohnet von seinen eigenthumblichen Güttern ernehret. Es ist aber nunmehr bemeldte Schwester auch Todes verfahren/ vnd weil gedachter Bürger ausser dem Hause/ so anietzo nicht verkaufft werden mag/ darauff auch noch Erbgeldere hafften/ ferner nichts in vermögen/ davon er sich nehren könte/ hat der Raht zu Torgaw ewerm Weibe/ so auch deß Wahnwitzigen Schwester ist/ so wol der andern Geschwistere Kindern die alimentation aufferleget. So es nun mit jhme also beschaffen/ daß er noch zur Zeit seinen völligen vnd richtigen Verstand nicht widerumb erlanget/ auch sich sonsten durch kein ander Mittel selbsten ernehren möchte &c. So wäre ewer Ehweib/ als seine Schwester vnd nechste Anverwandin jhme die nothdürfftige alimenta zureichen schuldig/ vnd hätte sich damit/ daß sie nicht zu Torgaw wohnhafftig/ seiner Erbschafft auch sich begeben wolte/ darwider nicht zubehelffen. V. R. W. Indirectè coguntur etiam scripti heredes. *d. Nov. 115. c. 3. §. 12.* Ultimò demum loco ad eum, qui superiorem habet jurisdictionem, die Obergericht/ sive ad superiorem Magistratum devolvitur hoc onus. *Dn. Carpzov. 4. Resp. 60. num. 17.* Alimentandus autem est pro modo facultatum ejus, ad quem alimentatio spectat.

19. Medicamenta quoque ab iisdem personis, ubi spes sanitatis sive reconvalescentiæ à furore superest, sunt adhibenda & porrigenda, *arg. d. l. 22. §. 8. sol. matr.* cum & hæc alimentorum no-

rum nomine veniant, uti *ex Bartol. ind. l. si cum dotem 22 §. fin. auten. 8. sol. matr.* annotavit Sichard. *in Cod. ad l. 8. C. de transact.* Omnia itaque subministrabunt, quæ vel corporis, vel animi sanitati restituendæ sunt necessaria, pharmaca scil. sumtus quoque chirurgorum, Medicorum, quorum diligentia medendique peritia in hoc etiam morbo felicem nonnunquam sortitur eventum, qualem curam cum homine rustico furioso felicissimè susceptam ipsemet observavi nuper in pago quodam præfecturæ Tubingensis, Medico perito eadem methodo curandi, quâ usus fuerat, pluribus se saluti fuisse, mihi referente. nec enim penè tempus est, in quo hujusmodi morbus desperatur, inquit Imp. *in l. 6. in med. C. de cur. fur.*

20. Nunc de altera officii Curatoris parte agemus, bonorum nimirùm furiosi administratione. De hac jam supra cœpi dicere, quod remota furiosi persona peragatur solitariè à Curatore, adeò ut nulla consensus curatoris interpositio ad actum à furioso celebratum confirmandum operari quid possit. *arg. l. 5. de R. I. l. 3. de auth. tut.* scil. quia negotium à furioso gestum ipso jure nullum est. in quo ipso convenit furiosus cum pupillo infante *l. 1. §. 13. de O. & A.* ab infante maiore verò differt.

21. Administrant autem cum plenissima potestate. *l. 48. de adm. tut. l. 27. C. de Episc. aud.* & tanquam domini æque ac tutores, *l. 56. §. 4. de furt.* adeò ut voluntas eorum & scientia suppleat defectum voluntatis & scientiæ furiosi. *Vid. l. 4. §. 11. de usucap.* modò tamen lege refragante quid non committant. *l. 16. pr. de pign. act.* Et hæc potestas æqualis est omnibus nec major in agnatis. *l. 12. ff. l. 2. C. de cur. fur.*

22. De hac potestate in genere notandum est, quod in omnibus ferè cum tutoris aliorumque curatorum potestate conveniat. Unde perpetuum ferè est in jure nostro, ut tutor pupilli, curator item aliorum & furiosi coniungantur in hac materia. Absoluta itaque est potestas eius in commodum ipsius furiosi; ea verò quæ damnum apertò continent, minimè sunt ex administrationis officio. *l. 28. §. 1. de pact. l. 48. de adm. tut. l. 10. §. 1. l. 12. l. f. de cur. fur. l. 22. C. de pact. l. f. C. pro soc. l. f. §. 1. de novat. l. 51. pr. de her. pet. d. l. 27. C. de Episc. aud. Baro Schenck progymn. for. lib. 1. tit. 13. num. 9.*

Maximè

Maximè omnium verò caveat curator furiosi, ne in eius rerum immobilium alienationibus decreti obliviscatur. *C. l. 1. de cur. fur.* §. 7. Ansam dederant JCti variis suis in hac speciali materia responsis ad specialia administrationis huiusm. facta descendere, sed ratio instituti præsentis calamum semper sufflaminat, hîc maximè, ubi diffusior futura esset tractatio. Interim contentus sit Lector talia haurire ex generali tutelæ & curæ materia jam ab aliis pertractata.

23. Ad dissentanea huius curæ me tandem confero. Finitur furiosi cura vel in totum vel in tantum. Illo modo finitur ex parte personæ curandæ sublato illo defectu accidentali in totum. *l. 1. pr. de cur. fur.* Et hic modus peculiaris est ac proprius, & talis quidem, ut ipso jure statim è curatoris sui potestate liberetur, quam primùm resipuerit; nec ulla magistratus sententia declaratoria opus sit, cum ipse perveniat jure sic disponente in suam tutelam ac potestatem, *l. 5. pr. junct. §. 2. de legat. 3.* non secus ac ipsi pupilli vel minores lapsu temporis. Nec opus est hîc vel cum Bachov. *in not. ad Wes. de cur. fur. num. 8.* ex falso præsupposito ad hoc, ut cura deponatur, requirere cognitionem magistratus. *Schneid. ad §. 3. I. de curat. num. 12.* vel cum Card. Tusch. *pr. concl. 540. num. 45.* perperam distinguere, an notorium sit, quod desierit esse furiosus, an non; cum sententia illa declaratoria, quæ interdum hîc, ortâ super facto vel negotio aliquo, ab eo qui furiosus dicitur, gesto controversiâ, interponitur, non tam feratur super facultate res administrandi recipienda, quam potiùs super jam recepta; seu non tam de jure, quam de facto remoti furoris. illud enim est certum hoc probato & declarato. Eiusmodi auté furiosus, in quo defectus ille removetur, nec amplius cernitur, in jure nostro dicitur furere desinere, *l. 10. §. 3. de testam. tut.* in quo furor finitus, *l. 12. vers. sin autem C. de usufr.* vel extinctus, *l. 6. C. de cur. fur.* aut remotus. *d. l.* convalescere, *l. 32. §. 6. de usu & usufr. leg.* sanitatem recipere, *l. 1. pr. de cur. fur.* sanæ mentis fieri, *l. 4. de tribut. act.* vel effici, *l. 39. pr. de judic.* vel esse incipere, *l. 11. tutel.* ad suam sanitatem pervenire, *l. 7. § 8. C. de cur. fur.* sanari à tali infirmitate, *Novell. 115. cap. 3. §. 12.* ad mentem redire. *Novell. Leon. 111.* compos mentis effici, *l. 1. de bon. poss. fur.* vel fieri, *§. 1. I. quib.*

 non est

non est perm.fac.test.d.l. 32. §. 6. de usu & usufr.leg. ad suam mentem venire, *d l.12. vers.sin autem.C.de usufr.* vel reverti, *l.2. §. 10.sol. matr.* resipiscere, *l.43 pr.de vulg.subst. d.l. 12.vers.sin autem.l.6.l.7.§.7.9.C. de cur.fur.l.9 C.de imp subst.Nov.Leon.112.* sapere incipere. *l. 10. §.3. de test.tut. l.6. C. de cur.fur.* zu seinem guten Verstand vnd Vernunfft wider kommen. *Ius Pr. Wirt. p. 3. tit. 2. vers.* dergleichen seyen auch.

24. Dum igitur non amplius sub cura est, ipso jure mox exercitium jurium sibi competentium, quod hactenus per furorem suspensum fuerat, recipit, omniaq; post furorem acta, dummodo legibus aliàs non repugnent, rata & valida sunt, tanquã à sano gesta. Uti enim furor ante se non operatur, nec ullum negotium rectè factum perimit, *l.20.§.4.ff.l.2.C.qui test.fac.poss. §. 1. I. quib.non est perm.fac.test l.8.de sponsal.l.16.§.2.de R.N.l.48.de acq.her. l.2.§.5.de donat.Sichard. ad rubr.C.qui testam.fac. poss. num.16.* ita nec post se ad actum aliquem infringendum & annulandum quicquam conferre potest. uti nec à pœna delinquentem excusare tradit Dn.Carpz. *pr.Crim.p.3. q. 145. num.39. ubi num. 40. dicit pronunciasse ita Scabinos contra P. S. qui virginem stupraverat.* Quæ tamen post furorem novo consensu vel confirmanda vel ratificanda sunt, iis non sufficiet furorem solùm remotum esse. *l.7.§.3. C. de cur. fur.*

25. Dixi. *Sublato in totum.* Etenim si intervalla habet furiosus, manet in illis curator, sive actus primus curationis. *C. l. A. de cur.fur. num. ult.* exercitium tamen illius eo tempore suspenditur, & actus secundus saltem finitur. *l.6.C.de cur.fur.* ut interim sit quasi honorarius curator. *Riemer.de contr.tr.1.c.10. §. 42. num. 9. ut infra audiemus.*

In totum quoque finitur furiosi morte naturali, non etiam civili, quia pœnâ hac in ipsum animadverti nequit.

26. In tantum verò finitur ex persona Curatoris tum inviti, tum volentis, modis sc. qui aliis curatelis sunt communes. Atque hæc ipsa de statu furiosorum strictè sic dicto fusius indicare volui, quia potissimam huius tractationis partem constituunt.

De

De
Furiosis quatenus sunt in statu latiùs ita dicto.

1. Præter hanc statùs vocabuli acceptionem, quatenus nimirum cernitur in libertate, civitate & familia, solet etiam accipi pro circumstantia aliqua, accidente aut prærogativa, *Dn. Avunc. D Rebhan. in hodeg. Jur. chart. 2. clim. 1. 9. 10.* secundum quam etiam furiosos, antequam ad alterum summum juris caput perveniamus, contemplabimur.

2. In hac consideratione eiusmodi in Jure textus habentur, qui loquuntur de furiosis, quatenus vel sunt in dignitate positi, vel extra illam. *l. 20. de stat. hom.* Illi autem, qui sunt in dignitate positi, vel habent maiestatis jura vel iis destituuntur. Priores habent illa vel jure proprio vel per communicationem.

3. Jure proprio iis gaudent cuiusvis Reip. Principes, & in Imperio nostro Rom. Germanico Imperator. De his quæri potest, an ad reip. gubernacula admoveri furiosi queant, aut si tempore administrationis eius tales fiant, per furorem removeantur à dignitate sua? Sed primum in regno aliquo electivo vix dignum interrogatu est, cum non nisi furiosi furioso commissuri essent augustissimum regni sceptrum, & indignum foret, venerabile maiestatis nomen furoris fœditatibus, ut loquitur *Leo in Novell. 111.* conspurcare. In Imperio nostro Electores etiam juramento promittunt se id non esse facturos. *A. B. pr. tit. 2. §. 3. ibi:* einen Römischen König zu eim Kaiser zuerheben/der darzu tüglich sey. *post Lupold. de Bebenb. tr. de Jur. regn. c. 10. & alios Quirin. Cubach. Jurispr. Germ. publ. cap. 14. num. 27.* In successivo verò regno haud exigui ponderis controversia est: An primogenitus Regis furiosus in regno patri succedere possit? Magni sanè momenti quæstio & digna subtiliori

 discussio-

discussione; cui præmittenda videbatur illa: An pater Rex filium primogenitum furiosum, quem sc. ordo nascendi primum fecit, & cui lex vel consuetudo regnum defert, exheredem facere possit, illique in testamento alium præferre? Sed cum omnia ferè per indices saltem in præsenti tractare decreverim & ex immenso acervo pauca delibare, brevissimis dico, non minus æquam, quam justam mihi videri Tiraquelli *de iur. primog. quæst. 21. num. 11.* & ex eo Besoldi *colleg. polit. cl. 1. disp. 6. §. 15.* distinctionem inter vitium furoris a primis infantiæ annis continuatum, & inter accidentale, quod rationis usui supervenit. quanquam Schurff. *cent. 2. cons. 24. num. 7. & seqq.* indistinctè affirmat. In quo loco Tiraquellus aliam etiam subjicit, nempe. An filius non demens filii primogeniti dementis à natura sit præferendus cæteris?

4. Ut autem ex accidente furiosus Regis filius primogenituræ jus non amittit, sed nihilominus in regno succedit, ita multo magis regnum retinebit, quem regno jam acquisito furor invasit, *per l. 20. de stat. hom.* cuius ratio humanissima traditur à Papin. *in l. 44 §. 6. de usuc.* Regiam itaque maiestatem in furore etiam venerabimur. *arg. Nov. 12. c. 2.* Exempla huius passim sunt obvia, in Sacris Saulis Regis Israëlitarum *1. Sam. 16 v. 14. Plurimum Reverend. Ampliss. & Excell. Dn. D. Dannh. in nuper edito tract. quem inscripsit.* Absagbrief an den Cölnischen Priester. *part. 1. q. 8. p. 148. & apud ipsum Sopranes comm. in David. Mager. de Advocat. cap. 6. num.* 458 Nabuchodonosoris. *Dan Otto Iur publ. c. 1. pag. 8.* in profanis Caroli VI. Galliar. Regis. *Gotfried. in th. Europ. part. 6. pag. [illegible]* Interim tamen à regni administratione removentur. *Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 1. c. 5. n. 75.* & curatores illis constituuntur lege publicâ, aut eâ deficiente consensu populi, si regnum patrimoniale nō est, quod si patrimoniale sit, per patrem vel propinquos. *Grot. de I. B. & P. lib. 1 c. 3. n. 15.* qui vocantur Prodici. *[illegible]* vel pro-Reges, pro-Principes, Regentes regni. *Besold. Colleg. polit. cl. 1. disp. 2. cap. 5. §. 32.* Unde Carolo VI. mox duos constitutos fuisse curatores Duces Bituricensem & Burgundiæ, refert *Gotfried. d. l.* Nabuchodonosore verò inter feras agente regnum à Senatori-

natoribus fuit administratum. *Dan. 4. v. 33. ubi Glossatores Biblior. Vinar. ad illa verba*: Zur selbigen Zeit kam ich wider zur Vernunfft/ auch zu meinen Königlichen Ehren; *ita annotarunt*: Ich ward widerumb in mein Königreich eingesetzt/ welches vnterdessen meine Statthalter vnd Rähte verwaltet hatten. De his Curatoribus quæritur: An eo tempore summum habeant imperium sive majestatem? quod absolutè negandum censeo, nec facio cum distinguente Grotio *d. l. num. 11. & seqq.* Ademta ergò administratione nihil ab eo actum valebit. quare dignitates ab eo collatæ nullæ erunt, & Leges à furioso Rege positæ vim obligandi non habebunt, sive videantur expressa voluntate latæ, sive tacita & præsumta, dum subditorum moribus connivet, & consuetudinem introduci patitur. Quod verò Sichard. *ad rubr. C. quæ sit long. cons. n. ult.* dicit: Furiosi & mente capti consuetudinem introducere non possunt, cum non habeant consensum, i. e. substantiam consuetudinis; capere mehercle! nequeo, cum consensus legislatoris sive voluntas tacita sit causa efficiens consuetudinis, quæ substantiam eiusdem propterea ingredi haud potest. Adfert etiam quædam huc spectantia Dn. Frantzk. *a. d. Ll. num. 104. & seqq.*

5. Qui communicata habent Majestatis jura in Imperio nostro sunt vel Ecclesiastici vel seculares. Illi sunt v. g. Archiepiscopi, Episcopi, de quibus in furorem versis *Vid. cap. 1. c. VII. q. 1. c. 3. & 4. X. de cler. agr. c. un. de cler. ægrot. in 6. c. 7. X. de elect. & elect. pot. & Lancell Inst. Iur. Can. lib. 1. tit. 7. §. sed neque & tit. 8. §. secundum. Vallens. π. Iur. Can. de cler agr. n. 4.* Seculares sunt Electores, Principes, alii, de quibus si furor eis superveniat, quid sentiendum sit, ex hactenus dictis abundè constare potest. De primogenito autem Electoris expresse cavetur in A. B. *tit. 24. §. decernimus.* ut sit sanæ mentis, aliàs secundo genitum in ea progenie successurum esse. *Lymn. I. P. lib 3 c. 7. num. 32.* An tamen si furiosus talis resipiscat, tunc fiet Elector?

6. Hi, qui majestatis juribus destituuntur, sunt vel in dignitate positi, ut magistratus, Nobiles, Doctores, milites, alii, de quibus *Vid. l. 20. de stat. hom. l. 6. §. 7. junct. l. 13. §. 3. de re milit.*

l.7.§.6.C.de cur.fur. Et in genere notandum, quod de novo ad dignitates furiosi aspirare nequeant. *c. infames.VI. quæst. 1 Stichard. ad rubr.C.qui test.fac.poss.num.6.Tiraquel.de nobil. c.6. num. 34. & seqq.* Obsignet jam dicta elegans quæstio: An nobilitas parentum descendat in filios furiosos sive dementes? Tiraq *d.l.cap 15. num* 4. id affirmat, quo cum & ego facio. Cum enim nobilitatis privilegium toti familiæ concedatur, nec in certa persona terminetur, adeoque vi primævæ concessionis sanguinis potissimum jure propagetur ad posteros omnes, ut perinde hoc privilegio postremus fruatur atque primus, non poterit non etiam furiosus filius eodem gaudere ea namque natura est realium privilegiorum, quale etiam est Nobilitatis privilegium secundum communem opinionem, uti patet ex allegatis Noldeni *de statu Nobilium.9.66. & Enenkel lib.2.de privileg.cap.4.num.50. Vid. & Dan.Otto.de jur.publ.cap. 12.p. 519.* quanquam non diffitear, certo respectu etiam personale vocari posse, ita edoctus nuper *in Coll. Wes. à fidelissimo præceptore Dn. Lauterbachio ad tit.de constit. Pp.*

7. Quod ad eos, quos nulla ornat dignitas, de quibus *vid. l. 7.§ 6.C.de cur.fur.* attinet, quia nihil speciale occurrit, idcircò ad alterum summum juris caput, quatenus ad furiosum applicandum, nempe ad jura rerum transitum facio.

Sequitur

Quid in secundo summo iuris capite, quod de iure rerum tractat, circa furiosos observandum veniat?

1. In hoc capite jus in re primum occupet locum, quia dignius idem est. *per l. 25. de R. I. l.1.§.1.de superf.* Circa quod furiosus considerandus venit, quatenus jus in re vel retinet, vel acquirit, vel amittit, alienando scil.

2. Furiosum autem jura sua, & dominium non retinere, non una videbatur asserere ratio, maximè cum naturali jure inspectu,

ſpecto, dominium non niſi in eo, qui ratione utitur, dari poſſit, uti loquitur Grotius 2 *de I.B.& P.3.num.6.* Sed licet quoad hanc ex naturali ratione petitam cauſam verum hoc eſſe videatur, contrarium tamen propter alias majores rationes dicendum eſt, humanitate *l.* 44. §. 5. *de uſuc. l.* 8. §. 2. *de opt. leg.* & communi utilitate, *ſecundum Grot. d.l.* id ſuadente, ita tamen ut jus ipſum ab eius uſu ſeu exercitio hîc diſtinguamus. *Vid. Grot.* 1. *de I.B.& P.3.num.* 24. uti ſemper hoc faciendum. *Dn. Lauterb. in diſp. de alien.rer.quæ min ſunt.th.*12. In hoc quippe etiam Jus Civ. furioſis menſuram quaſi poſuit. *Dn. Frantzk.* ⁊. *d. l. & l.n.* 15.

3. Itaque furioſo morbus hic jura ſua qualiacunque ſint, ſive in re, ſive ad rem, in ſuo ſtatu ſalva & illæſa relinquit. Non ergo paterfam. furioſus amittit uſumfr. in adventitiis filii. *Enenck. de parent. & lib. priv.* 4. *c.* 7. *num.*10. non vaſallus furioſus feudum. *tt.de feud.ſin.culp. non am.* quod generaliter de inhabilibus in Jure Sax. *art.* 4. *lib.* 1. diſpoſitum his verbis: Hätte aber ein Mann Lehen empfangen/ehe er ſo gebrechlich worden wäre/das verleuſt er damit nicht. & poſtea. Der auſſätzige Mann empfähet gleicherweiß kein Lehen noch Erbe/ hat er aber das empfangen vor der Seuche/vnd wird hernach Sieg/er behalt es/ vnd vererbet es als ein ander Mann. refert & præjudicio confirmat Dn. Carpz. 1. F. *p.3.c.28.d.8. Vid.tamen Schurf cent.*4.*conſ.* 24. *n.*9. & 10. & *Fachin.* 7. *controv.c.*34. Sed an hoc caſu ſervire tenetur vaſallus furioſus per ſubſtitutum? *Vid.c.un.§.ſi quis deceſſerit.2.F.26.& ibi Goth.lit.g.& plures autores remiſsivè ad quæſtionem: An valetudinarius per ſubſtitutum ſervire teneatur? allegatos à Goth. Anton.diſput. feud.* 7. *th.* 7. *e.* Addendum his, quod domino feudi furioſo exiſtente, à vaſallo, qui renovatione inveſtituræ opus habet, curator eius ſit adeundus. *Idem diſp.feud.* 8. *th.* 4. *lit. d.* ſi verò ipſe vaſallus furioſus ſit, inveſtituræ renovatio ut ab eius curatore petatur, neceſſe non eſt. *arg.c.*1. *pr. ibi: infantia.* 1.*F.*22. *arg. cap. un.* § 4. *verſ. ſi minori*, & §.2. *F.*26. *junct.l.*7.§.11. *quib.ex cauſ.in poſs.*

4. Idem dicendum de Emphyteuſi. Quid verò ſi canonem non ſolvit furioſus, an ab Emphyteuſi cadit? Negandum propter impedimentum juſtum, quod hîc adeſt. *Vid.Dn. Carpzov.* 1. *F.p.* 2. *cap.*38. *d.* 1. Non ergò reſtitutione opus habebit, ut

bit, ut

bit, ut malè existimare videtur Corbulus *de iur. emph. cap. 11. ampl. 31.*

6. Proximum est, ut ad juris in re acquisitionem accedam, quatenus scil. furiosus impediatur vel non impediatur in hoc juris articulo. Et primo quidem omnium notandum, quod furiosus propter defectum voluntatis ipsemet ex sua persona nullius rei possessionem acquirere possit, per rat. *l. 3. §. 1 de acq. poss.* probatur hoc *per l. 1. § 3. eod.* nec enim affectionem seu animum possidendi habere potest. *Nobiliss ac celeberrimus IC. Dn. Bicc. praeceptor meus fidelissimus & patronus omni observantia respiciendus, in R Q. s. 3. th. 157.* ut ita necesse sit, traditam furioso possessionem tunc vacare. *Cujac. ad l. 18. §. 1. de acq. poss.* Et hoc adeò verum est, ut ne quidem per curatoris autoritatem acquirere possit. In quo ab infante differt. *l. 32 §. 2. de acq. poss. l. 3. C. eod. Giphan. ad l. 18. C. de iur. delib.* & magis à pupillo *l. 4. §. 2. de usuc. Harpr. ad § 10. I. de usucap. num. 8.* Atque hoc variè in textibus ampliatur. Per curatorem tamen acquirere potest, modo suo nomine apprehendat, *l. 1. §. 20 de acq. poss.* quemadmodum & per filium ac servum in causa peculiari non tantum, ut malè nonnulli, notante Perez *C. de acq. poss. num. 11.* sed alia quacunque *per l. 31. § 3 de usuc. l. 1. § 5 de acq. poss.*

7. Ex his jam non erit difficile colligere: An furiosus per usucapionem rei alicuius dominium acquirere possit? si modo dictis jungemus *l. 25 de usuc.* Nectamen vicissim etiam res furiosorum usucapi possunt. *Dn. Hahn. ad Wes. de usuc. num. 10.* An autem apprehensa per curatorem possessione usucapio eidem procedat? non satis inter Dd. convenit propter *l 47 de usuc.* Videtur tamen mihi faciendum esse cum *C. I. A 41. 3. 7.* quod ex aequitate eandem tenere statuit, quia & infans idem possit. *l. 4. §. 2. de usuc. Consul. Vasquius lib. 2. controv. c. 77. num. 8.*

8. Aliud statuendum est de legato & fideicommisso, quod omnino mox à morte testatoris etiam ignorans acquirit, *l. 16. §. 1. qui test. fac poss.* conditionem tacitam agnitionis Curatore implente. *l 7. §. 7. C. de cur fur.* quod secus est in hereditate ab extraneo ipsi delata *d. l. 7 § 3. 7 & seqq.* de quo infra. Nec tantum dominium in re legata acquirit, sed & obligationem ex aditione

heredi-

hereditatis ab herede facta. *d. l. 16. §. 1. junct. l. 46. de O. & A.* De legato optionis relicto duobus, quorum unus post optionem à se factam postmodum in furorem incidit, vide notabilem textum *in l. 8. §. 2. de opt. leg.* Quæritur hîc: An legatum furioso relictum sub conditione, quamdiu permanserit in furore, eo in furore decedente transmittatur ad ejus heredes? Affirmat hoc Steph. Gratian. *contr. illustr. cap. 563. num. 19.* adductus potissimum *l. 12. vers. fin. a. talu C. de usufr.* Verùm ut mihi videtur, haud benè. Hæc autem vera sunt de acquisitione per legatum, minimè verò de mortis causa donatione, nisi eandem à vivo donatore furiosi nomine acceptaverit curator. quemadmodum per curatorem alia jura in re acquirere potest, uti de feudo probat Niell. *disp. feud. 2. th. 5. lit. a.*

9. Nunc videamus de acquisitione per universitatem & nobiliori quidem specie, quæ fit per successionem hereditariam, tum ex testamento tum ab intestato, in bonis tam allodialibus quam feudalibus. Defertur autem hereditas allodialium vel ab eo in cujus est potestate, quo in casu nihil peculiare præ aliis sanæ mentis servis *l. 63 de acq. her.* liberisque hominibus furiosus habet, sive quoad acquisitionis modum, sive quoad modum transmissionis, *per text. expr. in §. 3. I. de her. quæ ab int. l. 2. de cond. furt.* Quâ ergò ratione & quo fundamento Glossa *ad l. 7. §. 2. verb. suus heres. C. de cur. fur.* notet, nomine tantum, non re, suum heredem esse furiosum, conjecturare haud queo. *Vid. Dn. Christ. Phil. Richter. cent. 1. decis. 41. num. 20. & seqq.* Annectit his ipsis Franc. Raguell. *in com. ad d. l. 7 §. 2. C. de cur. fur. fol. 380.* notabilem & magni momenti limitationem *ex d. l. 7 §. 2.* quod nimirum etiam emancipatus furiosi filius patri suus heres existat; cui consentit etiam Pacius *in anal. Cod. de cur. fur. num. 16.* quæ an fundamentum habeat *in d. l.* videbo.

10. Vel defertur ab extraneo, & delatam hanc s. hereditatem s. bonorum possessionem nec ipse per se solus adire aut agnoscere potest, *d. l. 63. de acq. her. l. 7. §. 3. C. de cur. fur.* (si tn. servo vel filio delata fuerit, per hos acquirit furiosus vi potestatis dominicæ vel patriæ. *d. l. 63.*) nec cum curatoris consensu & autoritate. *l. 9. de*

 acq. her.

acq. her. Curator tamen per se solus agnoscere potest nomine furiosi bonorum possessionem. In qua materia inter jus vetus & novum cernitur differentia. Olim namque in potestate Curatoris erat, an agnoscere vellet; insuper ex decreto, i.e. causa cognita petebat, eamque furioso plenè lucrabatur *l. 11. de auth. tut.* at postmodum per Justiniani constitutionem *in d. l. 7. §. 3. C. de cur. fur.* ex decretali edictalis & ordinaria bonorum possessio facta est. *Dn. Richter d.l. num. 60.* & adstringitur curator ad eandem agnoscendam, ubi damnosa non est. Agnita verò non plenè acquiritur, sed sub conditione subsecutæ ab ipso furioso, furore remoto, ratihabitionis *d.l. 7. §. 3. & imprimis §. 8. & 9.* quæ si non fiat, tunc restituere ipse vel eius heredes tenentur hereditatem substituto vel heredibus ab intestato, qui eo tempore propinquiores defuncto sunt, & quidem cum omnibus fructibus. *l. 51 pr. de hered. pet.* exceptis iis expensis, quæ circa furiosum pauperem necessariò factæ. *d. l. 51. pr.* Æquitatem hujus sanctionis adfert Ant. Fab. *1. Jurispr. Papin. tit. 12. de tutel. pr. 3 illat 21.*

II. De successione furiosi in feudalibus res est inter Dd. intricata. Adducuntur in hanc rem *c. un. §. 3. 1. F. 6. & c. un. 2. F. 36.* (in quo posteriori, quod notandum, contra morem feudisticum, de quo testatur Niell. *disp. f. 1. th. 5. lit. c.* & alii, reprobata opinio primo loco ponitur, uti ex Rosenth. tradit Goth. Ant. *disp. feud. 1. th. 1. lit. k. contra Niell. disp. feud. 5. th. 2. lit. b.*) ex quibus breviter sic dicendum videtur: quod si ab utero materno sanæ mentis indicia non ediderit, ad successionem in feudo antiquo nequaquam admittatur. Et hoc concedunt Dd. com. imò nonnulli extendunt, ut procedat, etiamsi dominus consentiat, si sc. agnati adsint, uti observavit Fachin. *7. contror. cap. 34.* secus verò si ex accidente talis factus, cum pater jam feudum haberet. *d. c. un. §. 3. 1. F. 6.* quæ sententia uti sanior est. teste A. Goth. *d. l. lit. n.* & æquior, ita quam plurimis Dd. suffragiis innititur. *Vid. Val. Forster. tract. de success. lib. 4. cap. 23. num 63. Schrader. 7. de feud. 5. num. 36. Dn. Carpzov 1. F. p. 3. cap. 28. d. 8.* Quod eo magis procedit, si servitia ob feudum præstanda non sint personalia, aut ita convenerit inter dominum infeudantem & primum acquirentem,

tem, ut liceret feudatario per tertium servitia præstare. *Vid. Schrad. d. l.*

12. Superest adhuc ultimum, quod circa juris in re furioso competentis considerationem advertendum est, nimirum ipsa juris in re ut & aliorum alienatio. Arbitror autem ex superioribus sufficienter constare, furioso non tantum ipsam naturam rerum suarum alienationem per animi privationem ademisse, sed ipsum quoque jus Civile per Curatoris furioso factam constitutionem. quâ ipsa tamen non obstante, veriùs dicitur impediri potius, quàm lege prohiberi alienare, quod multi confundunt. Relictâ igitur generali puncti huius consideratione ad specialiora me confero. Alienatio juris in re fit vel inter vivos, vel ultima voluntate. Illo modo tum traditione rerum corporalium, tum quasi traditione rerum incorporalium.

13. Traditio autem à furioso facta quarumcunque rerum ipso jure nulla est propter defectum, qui in ea occurit, & causæ efficientis §.41. *I. de rer. div. l.55. de O. & A.* & subiecti. *Schneid. ad d.§.41. num. 3.* & formæ *d. §. 41. & l.31. pr. de acq. rer. dom.* Et hoc verum est etiam de quasi traditione rerum incorporalium, *text. expr. in l.5. de S.V.P.* Ob hanc causam etiam nec actiones si quas habet, in alium transferre potest, aut procuratorem in rem suam constituere. *Dn. Lauterb. in disp. de procur. in rem suam. th. 15. pag. 12.* nec in emphyteusin, *Dn. Tab. disp. de jur. emph. th. 4.* aut feudum dare. *arg. c. un. pr. vers. novi. 2. F. 3. Schrader. 4. de feud. 1, num. 61.* imò nec renovare feudum potest. *Goth. Ant. d. f. 2. th. 5. lit. b.* Tradendo itaque nec dominium transfert; nec usucapiendi conditionem, nisi is, qui ab eo accepit, eundem sanæ mentis esse putaverit. *l.7. §.2. de publ. in rem act. l.2. §. 16. pro emt. Dn. Ludwell. disp. Inst. 6. th. 5. a. vid. Card. Tusch. pr. concl. 540.*

14. Per ultimam voluntatem alienatio fieri solet in testamento vel codicillis. Furiosum autem testamentum, aut codicillos *l.5. C. de codic.* facere non posse, natura videtur esse notum, cum in nullo ferè actu magis junctis quasi viribus concurrere debeant judicium & voluntas seseque mutuis juvare officiis,

 quam

quam in hoc ipso. Testatur hoc præter alia ipsum vocabulum testamenti eiusque varia hinc inde in jure occurrentia synonyma. Ea propter Pomp. *in l. 16. §. 1. qui test. fac. poss.* universali æpollentem indefinitam proponit regulam: Furiosus testamentum facere non potest. cui suffragatur Ulp. *in fragm. tit. 21. § 12. l. 1. §. 8. de bon. poss. sec. tab.* & alii in *l. 60. de acq. her. l 36. de legat. 3.* & authoritate Imperatoria eandem confirmat Justin. *in §. 1. I quib. non est perm. fac. test.* Exin Pontifex *in c. ult. de succ. ab int.* furiosi testamentum non valere pronunciat, & Marcian. *in l. 2. de inoff. test.* nullum, & Justin. *in l. 9. C. qui test. fac. poss.* pro nihilo esse dicit. *Vid. etiam pr. l. de inoff. test.* Serenissimus quoque Wirt. Legislator ad testandum inhabiles ac inidoneos esse furiosos judicavit in Lut. Prov. *p. 3. t. 2. vers.* Dergleichen seyen auch. Lucem his dare poterunt, præter totum consilium quod de testamento tali habet Vultej. *vol. 1. con. 2*. præjudicia Jenensium JCtorum, quæ refert Dn. Chr. Phil. Richter *1. decis. 27. num. 8. 9 & in tripart. interpr l. 9. C. qui test. fac poss.* ex quibus unicum jam habe m. Majo 1615. Martino Wiseln vnd Consorten zu Niderlegwitz responsum his verbis. Ist ewer Schwäher vnd Vatter Matthæus Sorge viel Jahr hero nie bey guter Vernunfft/ sondern mercklich verruckt gewesen/ vnd hat binnen solcher Zeit ein Testament gemacht/ so ist dasselbe krafftlos vnd verwerfflich. Et hæc regula variè in Jure nostro ampliatur, adeo ut in promtu jam mihi sint cum suis textibus & Dd. authoritatibus ultra quindecim ampliationes, quas tamen hîc adferre sæpius inculcata instituti hujus ratio vetat.

15. Limitantur autem hæc procedere 1. in eo qui verè furiosus est. *l. 2. ff. pr. l. de inoff. test.* 2. minimè verò in eo à quo mens non est alienata, licet obtusior sit stupidiorque ac simplicior, sive paulò crassioris genii & ingenii. *Dn. Avunc. D. Rebhan. in Isagog. Just. ad tit. quib. non est permiss. fac. test. th. 8.* etiamsi is à vulgo fatuus aut demens vocetur, cum ab Etymologia affirmativè argumentari non liceat. *Eberhard. in loc. lg loc 4. num. 9.* & vulgus in nominibus ejusmodi imponendis liberalior esse soleat. Judicis tamen circumspectione hîc opus erit. *Dn. Richter. ad l. 9. C. qui test. fac. poss. num. 44. ubi præjudicio Witteberg. ICtorum confirmat.*

C. I. A. *ff. qui testam. fac. poss. num. 6. P. Heig. quæst. Iur. Civ. & Sax. p. 2. quæst. 38. num. 28. & seqq.* Sed Q. An eiusmod. hebetioris judicii & ingenii hominis testamentum valeat, si curatorem ob stupiditatem acceperit? Affirmat id ipsum Rot. Rom. *in decis. ad Mascard. concl. 825. p. 79. & Dn. Richter. d. l.* ego v. in consl. ctu mentem circa hanc quæstionem aperiam. 3. nec procedunt in testamento in intervallo condito, de quo infra. 4. nec in eo, quod ante furorem factum est. *l. 1. § 9. de bon. poss. sec. tab. Ius Pr Wirt. p. 3. tit. 2. vers.* Dergleichen seyen auch *ibi*: oder zuvor und ehe sie in solche ohnbesinnte Weiß gerahten/ ordentlicher Weiß testirt hätten. *Harpr §. 1. I. quib. non est perm. fac. test. num. 10. ubi rationes addit. Reusn. tr. de testam. p. 2. cap. 8. num. 23.* etsi in furore tabulæ à testatore ruptæ, cancellatæ, aut incisæ fuerint. *l. ult. ff. de iniust. rupt. irr. iunct. l. 1. per tot. ff. de his quæ in test. del.*

16. Ex dictis patet, quod licet furiosus testamenti factionem habeat, eandem tamen exercere impediatur, adeoque potius si moriatur ita, dicendus sit intestatus, quam intestabilis. *l. 1. pr. de suis & leg. her. Dn. Ludvv. disp. Inst. 10. th. 1. lit. A. & latè Gœdd. ad l. 74. num. 4. de V. S. Val. Förster. de success. lib. 3. cap. 4.*

17. Atque sic furoris infortunium præter cætera infinita incommoda id molitur in furioso, ut solatio atque honore certi ex testamento habendi heredis ipsum spoliet. quod uti furiosi conditionem nimium in modum aggravat, ita omnino opus erat nova humanitatis medela. Permittebatur itaque olim ad preces oblatas parentibus liberis eiusmodi testamenta condere *l. 43. pr. de vulg. subst.* quæ ipsa facultas postmodum, crescente in christianismo humanitate, ab humanitatis custode fidelissimo Justiniano per generalem legem omnibus & quibuscunque parentibus concessa fuit, ita ut non amplius speciali Principis concessione opus sit. *per l. un. C. de thesaur.* Habetur autem illa constitutio *in l. 9. C. de imp. & al. subst.* quam legem per se non difficilem, quæstionibus interpretum & satis difficilem & valde celebrem factam esse annotavit Giphan. ad eand. Eadem lex allegatur etiam ab Imp. *in §. 1. I. de pup. subst.* estque sedes huius materiæ, testamenti nempe à parentibus furioso filio facti, quod quasi pupillaris sive exemplaris, item Justinianea substitutio vocatur.

 de qua

de qua in præsentiarum agendum esset, sed quia multum spatii requireret, insuper etiam in compendium contracta à me superioribus annis ordine sic ferête Isagoges Justinianeæ Dn. Avunc. D. Rebhanii &c. publicè hoc in loco defensa fuit, eandem fusissimè licet elaboratam hac vice prætereo. Furioso ergò mortuo transferuntur eius bona ad heredes ab intestato ex legis dispositione, vel ad scriptos in testamento ab ipso ante furorem, vel eo in furore existente ab aliquo ex parentibus facto. An autem pacta de futura successione sive super hereditate furiosi vel dementis adhuc viventis valeant & quatenus? id latè persequitur Casp. Klock. *3. cons.* 121.

18. His ita è jure definitis, accedo alteram juris rerum considerationem nempè jus ad rem sive obligationes, quatenus scilicet ex factis suis sive honestis sive inhonestis obligetur furiosus. Obligationum autem ex factis licitis descendentium considerabo tum constitutionem, tum dissolutionem. Quoad constitutionem ponderandum erit quatenus ex suo vel alieno etiam facto obligetur. De utroque autem agam cum in genere tum in specie.

19. In genere sciendum est, quod furiosus nullum negotium contrahere possit. Cuius universalis enunciati autor est JC Paulus *in l. 5. de R. I.* iisdemque verbis repetitur ab Imp. *in* §. 8. I. *de inut. stip.* mentis enim compos saltem se obligare potest, ut inquit idem Paulus *in l. 43. de O. & A.* Ratio huius sæpiùs jam adducta fuit. Licet enim quid agere videatur, nihil tamen agit. *l. 1. §. 12. de O. & A.* nec agere quicquam intelligitur. *l. 2. §. 3. de fur. Cod.* non tam quod se obligare prohibeatur, sed quia impeditur à natura. Unde reversus ad sanam mentem non necesse habet facultatem contrahendi à magistratu iterum impetrare, sed impeditam hactenus pro arbitrio exercere incipit. Et hoc licet naturâ notum sit, tamen legibus expressum est, ut notavit Donell. *com ad tit.* 38. *lib.* 4. C. *de contrah. emt. ad l.* 2.

20. Ampliatur hoc variè, quod paucis ostendo. Et quidem 1. etsi omnia substantialia adesse videantur negotio. *l. 2. §. 16. pro emt.* 2. etsi prudenter omnia in eo gesta. *Niell. diss. feud.*

feud. 2. tit. 4. a. 3. etsi alterum sibi obligaverit. *d. l. 1. §. 12.* in quo à pupillo & prodigo differt. *pr. I. de auth. tut. Vinn. ad §. 8. I. de inut. stip.* 4. etsi cum curatoris authoritate se obligaverit. *Vinn. ad d. §.* 5. & si quid voverit aut Deo se obligaverit. *ex Rot. Rom. Card. Tusch. pr. concl. 540. num. 18.* 6. etsi juramento insuper negotium confirmaverit. Et hoc verum est de omni jure. Rationem dat Grot. *2. de I. B & P. c. 13. num. 2.* adeò ut absolutio ab hoc juramento minimè sit necessaria. *Codex Fabrian. lib. 4. tit. 1. def. 7. & num. 5.* nec contraveniens incidat in pœnam *l. si quis maior. 41. C. de transact.* etiamsi tempore intervalli jurasset. *Barth. Bertazol. in repet. d. l. n. 212.* 7. Procedit hoc in omnibus mente captis. *Alciat. in com. C. de transact. ad l. 27. num. 2.* 8. Imò ex obligatione magna sine causa facta furor etiam præsumitur. *Boër. decis. 23. num. 63.*

21. Transeamus ad speciem. Furiosus qui negotia contrahendo vel se aliis vel alios sibi obligare nititur, facit illud vel pactis vel contractibus. Pacisci autem furiosum non posse, ex ante traditis evidens est. Quod verum est & procedit de omni conventione & negotio, quod per pactum fit, uti id apparet 1. de transactione. *arg. l. 27. C. de transact.* 2. de constituto obligatorio. *l. 5. § 7. & seqq. de const. pec. junct. l. 1. pr. eod. Mynf. com. de action. ad §. 9. num. 18.* 3. de pacto legitimo in specie, quod fit per conventionem juramenti præstandi. *l. 35. §. 1. de jurei.* 4. de donatione. *l. 23. §. 1. de donat.* uti de donatione à furioso facta videri potest totum consilium apud Bertrand. *consil. 48. num. 21. lib. 1. part. 2.* Quod verò de donatione dictum est, multis modis ampliatur. Limitatur tamen verum esse de donatione in furore facta; secus v. est, si donationis executio, aut, eâ sub conditione factâ, tempus existentis conditionis in furorem incidat. *per text. eleg. in l. 2. §. 5. de donat. junct. l. 78. de V. & O.* An autem activam obligationem furiosus sibi per donationem ab alio factam acquirat, non ita est expeditum. Grotius *2. de I. B. & P. c. 11. num. 14.* ex præsupposito certo postulato, quod Juri Gentium imputat, hoc affirmare videtur. Verùm cum illud non omnibus probatum sit, pluribus negativa placuit, Vid. Zoësius *comm. in ff. de donat. num. 23.*

num. 23. quod de jure Civ. ubi acceptatio requiritur, ac propterea abſenti, niſi ſit, qui acceptet, nequit fieri donatio, *per l.10 ff. l. 6. C. de don it. Dn. Hahn. ad Weſ. de donat. inf.* extra dubitationis aleam poſitum eſt.

22. Pactis ſubiungo contractus & I. quidem veros atque ex iis reales, inter quos occurrit. 1. Mutuum, quod nec dare nec accipere poteſt furioſus, *per l.12. l.32 de R.C. l.24. pr. de O. & A. Mozz. de contract. & quid. de mut art. ubi de perſon. quæ mut. contr. poſſ. n.* 10. Quod ſi tamen dederit mutuũ, ex poſt facto nempe per conſumtionem conciliatur, *d l.12. l.56. § 2. de fidei.* ſive ſuam ſive alienam dederit pecuniam. *d.l.12. d.l.24. §.1.* ex quo poſtmodum, ſecundum veriorem ſententiam, datur condictio certi [illegible] alia actio. Hoc ita, ſi bona fide conſumſerit accipiens [illegible] mala fide, tunc alia inſuper adverſus eum con[illegible] remedia de quibus in *l.11. §. f. ff. de R. C.* Si verò ipſe furioſus acceperit mutuum, tunc ſimiliter & rei vindicatio, & actio ad exhibendum & condictio adv. eum dantur; hæc tamen non aliter, quam ſi ex conſumtione locupletior factus fuerit. *l.4 §.4 de except.* [illegible] ſola conſumptio hîc non conciliat mutuum. In hoc ergò contractu, ut & in aliis Curator partes ejus ſupplebit, [illegible] *16. pr de pign. act. l.2. C. de cur. fur.* 2. Commodatum, de quo eadem ſunt ſtatuenda. *Mozz d l. de commod. & quid. de perſ. quæ poſſ. comm.* Scil. ſi acceperit ipſe, nulla adv. eum actio tanquam è commodati contractu dabitur. *l.2. commod.* aliæ tamen non denegantur. Quod ſi verò ab eo conſumta fuerit res commodata, in quantum locupletior inde factus erit, actione ex re[illegible] D. Pii, utili ſc. cõmodati, conveniri poterit. *per arg text. in l* [illegible] *commod. Weſ. in* [illegible] *ff. eod. n.3.* quẽ cur ſequiori [illegible] Bachovius *in not ibid.* & cum eo Dn. Hahn. non [illegible] quis miratur. Vid. ad hanc rem *Grot 2 de I. B. & P. c* [illegible]
3 Depoſitum. De quo præter alia hoc obſervatu dignum eſt, quod rei ante furorem depoſitæ reſtitutio ſalva [illegible] negari furioſo queat, maximè ſi eâ [illegible] perniciem uti poſſet, uti ſolicitè de hoc [illegible] *qu. 14* [illegible] *XXII. queſt. 2.* & Ulp. in *l.7. §. 6. ad L. Aquil.* [illegible]

eum modi

eiusmodi depositarium, si damnum re deposita receptâ furiosus dederit, actionem non quidem Legis Aquiliæ, sed in factum concedit. Neque existimare quis debet, hîc contra bonam fidem fieri, *per l.31.pr.depos.* aut contra naturalem rationem, uti eleganter ostendit. Vallens. *π.Iur.Can.proœm.§.3 num.3.* 4. Pignus, de quo præter supra dicta vid. *l.16. pr. de pign. act. l.11.ff. l.2. C. de cur. fur.*

23. Sequitur nunc obligatio quæ verbis contrahitur. Hæc vel principalis est vel accessoria. De utraque idem dicendum est, quod supra de conventionibus in genere. quod probatur *per l.1.§.12.de O.& A. l.70.§.4 de defidei.§.8.I. de inut.stip. Grot.2. de I. B. & P. c.11. num.5.* Sed an pro furioso fideiussor intervenire possit? meritò hoc in loco quæritur. Distinguendum arbitror, an pro obligato furioso sese quis obliget, & Aff. *per text. expr. in d.l.70.§.4. fac.§.1.I. eod.* quo casu adversus furiosum fideiussori postea negotiorum gestorum actio dabitur. *per l.20.§.1.mandat.* an verò pro non obligato, & N. *per l.6.de V.O.l.25. l.70.§.4 de fidei.* quamvis non dissimulem Dd. circa conciliationem harum legum admodum variare, uti videre est ap. *Hering. de fideiuss.cap.5.num.353.& seqq. & ibi alleg. Dn. Ludvv. in annot. MSS. ad Wesenbec. tit. de fideiuss.num.4. Dn.Carpzov. 1.F.p.2.c.18.d.8.*

24. Venio ad consensuales contractus (nam in materia literarum obligationis specialem textum deprehendere non licuit) & quidem 1. ad emtionem venditionem. Etsi autem & hæc à furioso facta nulla est, *l.2. C. de contr. emt. Donell. in comm.ad.d.l.2.num.1.* non tamen omni effectu venditio eiusmodi destituitur, sed pro diversa qualitate tum emtoris, tum rei venditæ, diversimodè de ea sentiendum est. Emit sc. quis à furioso vel sciens vel ignorans. Sciens quidem vel bonorum universitatem, hereditatem nempè, & hic habetur in jure pro eo, qui pro possessore possidet. *l.13. §. 1. de hered.pet.* vel rem aliquam singularem, & nulla planè iterum est emtio, etsi emtor erraverit in jure. *l.2.§.15.pro emt.* Ignorans verò falsa scil. sanitatis specie deceptus emit ab eo vel rem ipsius propriam vel alienam. Utrobiq; quidem mero jure nulla est venditio, *Dn. Frantzk. π. de contr.*

 emt.

emt. num. 30. nec ullum jus in præiudicium furiosi venditoris inde consequitur, per rat. *tum l.* 19. *de R. I. tum l.* 44 §. 6. *de usucap.* sive ratione evictionis præstandæ, sive ratione publicianæ actionis adv. furiosum movendæ, sive ratione accessionis eius temporis, quo furiosus possedit, ad usucapionem adv. furiosum complendam. Et ita accipio Paulum *in d.l.* 2. §. 16. *pro emt.* At in præiudicium domini illius rei & alterius tertii omninò constitutus in potestate usucapiendi. *l.* 13. § 1. *de usucap. d.l.* 2. §. 16. *& l.* 7. §. 2. *de publ. in rem act.* quæ leges aliàs Dd. ingenia valde torquent, ita verò omnium commodissimè conciliantur. Quod si verò furiosi pecuniâ ab aliquo, quamvis proprio nomine, res fuerit emta, emtio talis valet & ipsi furioso res acquiritur, per tradita Eberhard. *in loc. leg. loc.* 73. *n.* 4. An furiosus mercaturam exercere possit? *Vid. ap. Stracch. de mercat. part.* 3. *num.* 18. *& seqq. Menoch. de A. I. Q. cas.* 529. *num.* 8. 2. Locationem conductionem. Circa quam illud singulare notat Ulp. *in l.* 14. *in f. locat.* quod, si locator furiosus fuerit factus, finito locationis tempore non possit tacitè renovari locatio. nec enim ullo obligationis vinculo ex contractibus veris jura furiosum obligare voluerunt. 3. Societatem, quæ furore non dissolvitur. Curatori tamen furiosi datur licentia societati renunciandi *in l. ult. C. pro socio.* 4. Mandatum, ex quo obligari nequit, sive expreѕsè jusserit. *L.* 1. *pr. mand. junct. l.* 2. *C. de contrah. emt.* sive ratihabuerit. *l.* 2. §. 1. *de procur.* sive pro se intervenire passus fuerit. *arg. l.* 2. §. 5. *de jure Cod. l.* 124. § 1. *de R. I. junct. l.* 18. *mand.* sic furiosus consilium dare impeditur, per ea quæ habet Dn. Lauterb. *in disp. de consilio. cap.* 2. *th.* 1. Furor tamen eius, qui negotium pro alio sanæ mentis adhuc gessit, ratihabitionem domini non impedit, docente Africano *in l.* 24. §. 1. *ff. rem rat. hab.* Quod si verò hunc contractum ante furorem inierit, furore superveniente finitur. *l.* 47. *& fin. de acq. her. Hillig. D. E. lib.* 16. *c.* 23.

25. Subiungo II. etiam quasi contractus, in quibus alia cum furioso rerum facies est, cum in illis non ex persona, sed ipsa re obligatio nascatur, ut dicitur. *in l.* 46. *de O. & A.* Ex his ergò furiosus, in quantum consensus eius aut factum non

requiri-

requiritur, & obligationem sibi quærit, & ipse obligatur per regulam generalem *d. l. 46. & l. 24. pr. eod.* Id sc. generale est in jure nostro, quod ea, quæ in rem fiunt, non in personam, si cum furioso facta fuerint, teneant; quod probatur insuper *l. 10. cum l. seq. de O. N. N. l. 2. C. de cur. fur. l. 16. pr. de pign. act l. 3. pr. commod. l. 4. §. 4. & 26. l. 16. de except. dol. mal. Vid. Riemer. de contract. tract. 1. cap. 10. & §. 42. num. 10. & 11.* Et hæc obtinent, etsi curatoris authoritas non accesserit, *d. l. 10. & 11. d. l. 46. Thom. Gormer. in Cod. Iur. Civ. Rom. lib. 16. tit. 2. cap. 2. th. 52. Hering. de fideiuss. c. 5. num 361.* Æquitatem eorum *vid. in l. 1. pr. ff. de contrar. tut. act.* In specie autem furioso ex negotiorum suorum gestione ab altero facta activè & passivè obligatio nascitur. De activa quidem textus est expressus *in l. 24. §. f. de O. & A.* & res caret dubio; quemadmodum & de passiva, an scil. gestori obligetur, *per l. 3. §. 5. de N. G.* In quantum tamen teneatur eidem, non ita liquet. Puto in quantum locupletior factus est inde. *arg. l. 6 pr. l. 37. pr. ff. l. 2. C. de N. G. Hillig. D. E. lib. 15. cap. 16. B.* At quid, si ipse alterius negotia gesserit? Quia, ut ex facto aliquo oriatur obligatio, in faciente rationis usus requiritur, nullatenus eum obligari credo, non obstante, quod in contrarium urget Dn. Hahn. *ad Wes. de N. G. n. 3.* Simile judicium ferendum est de tutelæ, item negotiorum communium administratione, de qua *in d. l. 46. de O. & A.* Cæteros quoque enumerare longum foret. Id tamen addendum, quod ex reliquis quasi contractibus, ex quibus aliàs condictiones nascuntur, non aliter furiosus obligetur, quam quatenus ex rerum per traditionem acceptarum consumtione locupletior factus est, ad similitudinem nempè verorum contractuum.

26. Vidimus hactenus, quomodo ex facto proprio furioso obligationes quærantur. Dicendũ nunc esset etiam, quomodo ex alienis; sed remitto me *ad l. 3. §. 1. de tribut. act. l. 12. de R. C. l. 24. §. 1. de O. & A. l. 1. §. f. quod juss.*

27. Tandem de obligationum furioso inhærentum dissolutione. De hac pono regulam: Ad quamcunque obligationis dissolutionem factum hominis requiritur, in ea si furiosus intervenerit, pro non facta habetur.

 Ex qua

Ex qua regula fluunt sequentia. nempè quod furiosus obligationem dirimere non possit I. per solutionem, *per rat. l. 7. §. f. de cur. fur. l. 55. de O. & A.* Probatur *per text. expr. in l. 29. de condict. indeb.* ubi JCtus remedia contra hanc solutionem suppeditat, quæ tamen cessant si res soluta consumta fuerit. *arg. l. 19. §. 1. de R. C. l. 14. § f. de solut. §. fin. I. quib. alien. lic.* Item quod nec ipsi solvi possit. Rationem elegantem dat Marcellus *in l. 68. de solut.* Facta ergò solutione debitor non liberabitur, nisi in quantum re solutà locupletior furiosus fuit factus. *l. 4. §. 26. de exc. dol. mal.* Amplia hoc 1. etiamsi conditionis implendæ causa testator furioso dare jusserit. *d. l. 68 inf. de solut.* 2. etiamsi sanam mentem simulaverit. *d. l. 4. §. 26.* 3. etiamsi adjectus fuerit solutioni vi obligationis. *l. 95. §. 7. de solut.* nisi stipulator sciverit eum furiosum esse. *Stracch. de adiect. part. 3. num. 25. & seq.* Curator ergò exigere & solvere debita furiosi debet, quod in specie probatur. *per l. 17. §. 2. de jureiur. l. 14. §. 7 d. l. 95 §. 7. de solut. l. 13. de condit. & dem.* II. nec per acceptilationem. Imò nec Curatori eius permittitur acceptò ferre *per rat. l. 77. de R. I.* nisi novatione prius in se transtulerit obligationem. *l. 13 §. 10. de accept.* III. nec per novationem, quod tamen curatori licet, si ex administratione est. *l. f. §. 1. de novat.* aut delegationem. *l. 4 §. 26. l. 16. de dol. mal. exc.* IV. nec per pactum de non petendo. *l. 28. §. 1. de pact.* Satis de his.

28. Dari etiam obligandi modum per delicta non tantum ex Jure nostro Civ. notum est, sed & ipsa naturalis ratio id commonstrat. *pr. I. de obl. quæ ex del. l. 1. pr. quod quisque jur. Dn. Frantzk. 12. exerc. 1. & novißime Dn. Avunc. D. Rebhan. in Hodeg. Iur. chart. 2. clm. 4 parall. 1. num. 1.* Ampla hîc iterum se offerebat materià, sed memor instituti mox quæro: An furiosus etiam ex delictis eiusmodi juris vinculo astringatur? Cui quia præjudicialis quæstio implicata, ex cuius decisione hæc tota pendet, illa prius certa decisione erit expedienda. Nimirum: An furiosus possit delinquere? Altius hæc ex philosophiæ principiis examinanda & è juris latifundiis extrahenda esset, sed verbo

saltem

ſaltem nunc,& negativè quidem reſpondeo, ex quo ſimul apparet, quid de priori quæſtione ſit ſentiendum. *Vid. Covarruv. tom. 1.relect. clem. ſi furioſi.de homic. part. 3. num 1. & Dn. Carpz. Pr. Cr.p.3. quæſt. 145. num. 24.* ubi teſtatur moribus noſtris aliter receptum non eſſe.

29. Ibo tamen per ſingulas privatorum delictorum ſpecies,ſed itidem breviter.

Itaque 1. Furti non obligabitur, ſi rem, invito licet domino,ſubtraxerit.*l.2.de cond.furt.§.7.I.de obl.quæ ex del.§. 3.I.de uſuc. junct.l.7.§.9.quib. ex cauſ. in poſſ.* Condictione tamen furtiva tenebitur ex facto defuncti, ſi heres ei neceſſarius extiterit. *d. l. 2.* Ipſi verò furtum fieri poteſt,& ex eo obligatio furioſo acquiritur,quæ ex ipſa re venit. *l. 24. pr. de O. & A.* Refer ad hoc delictum etiam *l.4.§ 11.de uſuc.junct.§.5 I.eod.l.56.§.4.de furt. l.33. eod.*

2. Nec obligabitur ex rapina.

Uti nec 3. ex damno injuria dato. *l.5.§.2.ad L. Aquil. l. 60. de R. V.* Si tn. negligentius cuſtoditus fuerit, propter negligentiam ſuam ii, quibus cuſtodiæ cura incumbebat, tenebuntur. Ipſi verò aut rebus eius ſi damnum datum fuerit, obligatio ei exinde naſcitur. *l. 24. pr. de O. & A. Vid. & l. 7. §. 6. ad L. Aquil. & ibi Coth. lit g.*

Nec. 4 ex injuria, ſi pulſet, verberet aut convitium dicat,uti hoc furioſorum fere proprium eſt,*per c.aliquos.5. c. XV. q.1.* Probatur ex *l.3 §.1.de iniur.quæ lex.ut loquuntur,canoniſata eſt & reperitur in c. relatum 2. c. XV. q. 1.* Unde nec ex conſtitutione L. diffamari *C. de ingen. man.* conveniri poteſt. *Dn. Mand. ad d. l. c. 3.* At è contrario ipſi iniuriarũ actio acquiritur. *l. 15. pr. l. 3.§.1.junct. §. 2.de iniur.Gilhauſen.arb indic crim.cap.2.tit.34. §. 4. num. 3. & ſeqq.* dum lex iniuriam ei illatam ad animum quaſi revocat. modo facto iniurioſo etiam animus injuriandi concurrat. præter alios etiam Dn.Dannhavver.*in epit. Dial. proœm.cap.6.loc.7.* Illud hîc quæri poteſt: Si filiof.cuius pater furioſus præſens eſſet, iniuria facta, an ipſe iniuriarum actionem adv. iniuriantem inſtituere poſſet? Ad hoc reſpondet JC. *in l. 17. §. 11. iunct. §. præc. ff. de iniur.*

30. Quæ hactenus sunt breviter deducta, normam dare possunt cœteris quoque veris & quasi delictis. Quocirca nunc progredior ad illas obligationes, quas aliàs ex delictis sibi propter interesse suum nasci intendit respublica. *l.51. §. 2. ad L. Aquil. l.14.C.de pœn.* persecuturus brevissimis ea, quæ hîc circa furiosos sunt observanda. Instituto huic perquam utile fuisset, ubi proposuissem 1. regulam sive conclusionem. 2. conclusionis huius defensores numero plurimos. 3. quoque eiusdem fundamenta per textus & rationes. 4. ampliationes, nec non 5. limitationes, & tandem 6. variorum eiusmodi delictorum species; sed delibabo jam ex his membris quædam saltem.

31. Sit ergo regula seu conclusio talis. Furiosus nec reipubl. ex delicto obligatur, nec pœna aliqua tenetur. Quæ probatur præter textus tum supra adductos, tum mox ad singulas huiusmodi delictorum species adducendos, ex novissima quoque Imperii constitutione nempe in Ord. Crim. Caroli V.art.179. his verbis: Würde von iemand/der Jugend oder Gebrechlichkeit halben wissentlich seine Sinn nicht hätte/ eine Vbelthat begangen/das soll mit allen Vmbständen an den orten vnd enden/ wie zu ende dieser vnser Ordnung angezeigt/ gelangen/ vnd nach rath derselben vnd anderer verständigen darinnen gehandelt oder gestrafft werden. Confirmatur quoque, nunc tamen breviter, per exempla textibus & authoritatibus roborata. Dicimus namque immunem esse furiosum à crimine & pœna

1. Læsæ majestatis tum divinæ. *Decian.tr.crim.lib.6.cap.5. num.7.* tum humanæ. *l.un.C.si quis Imp.mal. Card. Tusch. pr. Concl. 548.num.4.* quòd facto laudabili contestatus est Adrianus Imp. *ex Xiphil. Iohan. Ludw. Gottfried. Chron. part. 4. pag. 553.* etiamsi contrarium, etiam in attentato hoc crimine, statuat Ant.Bullæus JC. *in comment. crimin.art.179. in fin.*

2. Homicidii tum simplicis *l.12. ad L. Corn. de sicar. c. aliquis.XV.quæst. 1. Gail. 2. O.110.num.20.* adeò ut nec à servo furioso, si dominus occisus fuerit, quæstio haberi debeat. *l. 2. §. 11. de SC. Silan* tum qualificati, v.g. parricidii. *l. 13. §. 1. l. 14. de offic.præs.l.9. §.f. ad L. Pomp. de parric. Dn. Carpzov. pr. Crim. p. 1. quæst.18. num 34.*

Idem

Idem in causa homicidii simplici in Pr. Crim. p. 3. quæst. 145. num. 19. Scabinos Lips. ad requis. Prætor. Lips. ita pronunciasse refert m. Maio 1623. Ob nun wol die That also geschehen. Dieweil aber dennoch aus den Acten, so wol deß Herrn Medici ertheilten Kundschafft / so viel zubefinden / daß ermeldter Thäter Z. S. eine zeitlang seiner Sinnen vnd Vernunfft beraubt gewesen / also daß er mit einem delirio melancholico beladen / daran er im Haupt gantz verirret vnd verwirret sey / vnd die Zeugen berichten / das Z. S. die That aus Vnsinnigkeit begangen. So erscheinet daraus allenthalben so viel / das mehr benandter Z. S. wegen solcher am Fuhrmann N. N. verübten entleibung gestalten Sachen nach / mit einiger Straffe nicht zubelegen. wird aber gleichwol rc. V. R. W. *alia duo subiungit num. seq. 20. & 21.*

Cum ergò iniusta hîc esset judicis animadversio, & verò in necessaria defensione leges Judicis partes conferunt in periculo præsentissimo constituto, non immeritò hîc inquiritur: An invadenti furioso cum internecione resistere liceat ei, qui in præsenti vitæ periculo se versari videt? Quia charitas Christiana sui potiorem rationem habere jubet, quam proximi, *Grot. 2. de I. B. & P. cap. 1. num. 3.* dico omnino licere. *Georg. Obrecht. in disp. de defens. necess. th. 61. & seq.*

3. Adulterii, stupri, sive violenti sive per blanditas commissi. *Matth. Berlich. concl. pr. part. 4. concl. 39. Dn. Carpzov. 1. F. p. 4. const. 26. d. 3.*

4. Falsi *arg. l. 22. pr. ad L. Corn. de fals.*

5. Sacrilegii. *Decian. d. l. c. 35 n. 48.*

6. Violentæ invasionis & rapinæ; per hactenus dicta. Quare nec constitutio *l. 7. C. und. vi.* contra furiosum locum inveniet; quod intellige tamen quoad pœnæ exactionem, non verò possessionis restitutionem. *Menoch. de rem. recup. poss. rem. 9. num. 91.*

7. Incendii. *Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 145. num. 21.* ubi hoc habet præjudicium m. Jul. 1631. an Johann. Schn. zu Sch. Ist den 20. April. jüngsthin Adam Franckens Scheune durch eine Fewrsbrunst verderbet vnd in die Asche geleget worden / vnd es wird

dem Gefangenen T.F. der solch Fewr angelegt / schuld gegeben. Ob nun wol durch die vermittelß Eydes abgehörte Zeügen erwiesen vnd beygebracht worden / daß er sich darzu bekennet vnd an solcher Bezüchtigung nicht vnschuldig sey. Dieweil aber dennoch aus seinen Reden / sonderlich aber aus des Herrn Medici bericht / so viel zuvernehmen / daß er nicht bey rechter Vernunfft vnd Verstande / Jnmassen er dann vor diesem mahl an Ketten gelegt werden müssen ꝛc. So mag er auch mit einiger Straffe nicht beleget werden. Er wird aber gleichwol von seinen Freunden ꝛc. V. R. W.

8. Αὐτοχειρὶξ, etsi scelere aliquo constrictus erat, *l.2. C. qui testam. fac. poss. l.1. C. de bon. eor. qui ant. sent. Perez. Cod. eod. n.56.* Sed an furiosus se interficiens honesta sepultura privandus? Æquissimè id negat ex Petr. Heig. Dn. Carpz. *1.F. p.4. c.34. d. ult. vid. c. placuit. XXIII. q.5.* Quid tamen consuetudine observetur hoc in casu, tradit Georg Schultz. *in syn. Instit. de rerum div. lit. f. ubi de auriga quodam, qui phrenesi laboraverat, præjudicium Collegii Iurid. Witteb. adducit* & observari optimè potest ex adducto (licet in causa melancholici) præjudicio Dn Carpz. *d.l.n.12.* in causa V. A. zu L. m. Jun. 1634. Hat sich V. A. ein alter verlebter Mann von 70. Jahren an einen kleinen Stricklein vnd hölzern flöcklein hinder seinem Hauß vnd Backoffen selbst erhencket / vnd es wird jhm nicht allein von der Gemeinde vnd dem Pfarrherrn deß Orts / ein gut gezeugnuß gegeben / daß er sich bey männiglich schied vnnd friedlich / auch zum gehör Göttlichs Worts vnnd dem gebrauch deß H. Abendmahls fleissig gehalten / sondern auch darneben berichtet / daß er einmahls vor 18. Jahren an einer beschwerlichen melancholischen Kranckheit hart darnider gelegen / auch weil er anjetzo bey vnterschiedlichen feindlichen Einfällen vmb all sein vermögen kommen / vnd in Armuth gerathen / er mit betrübten Gedancken vnd Schwermuth beladen worden / auch wegen verstopfftes Leibes in Kranckheit gefallen / dahero zu muthmassen / daß er auß blosser melancholey vnd eingebung deß Teuffels sich vmbs Leben gebracht habe ꝛc. So wird V. A. Cörper durch den Todtengräber oder jemand anders abgenommen / vnd nachmahls auffm Kirchhoff Christlicher weise / jedoch ohne vbrige Ceremonien / billich zur Erden bestättiget v. R. W. *vid. eund. in*

I. Cons.

I. *Conf. lib.2. tit.24. def.377. & seq.* De Jure sepulturæ, si libet, consule *Grot. 2. de I. B. & P. cap. 18.* Huc pertinet etiam quæstio gravi motu nuper agitata & ventilata : An magistratus loci furiosum, qui se interfecit, sepulturæ tradens præjudicium faciat ei, qui in loco isto merum imperium habet? Ad quam faciunt nonnihil ea quæ habet Dn. Carpzov. *in I. Conf. lib.2. def.378.*

9. Feloniæ. *Feudistæ comm. in c. 1. an ille qui interf. fratr. ex Rosenth. c.10. concl.69. Vultej. de feud. lib.1. c.12. n 53.* Hisce exemplis hac vice Lector benevolus sit contentus.

32. Immunem à pœna furiosum dum dico, eo ipso vindictam delicti intendo, non verò à compedibus aut vinculis, quæ alium habent finem, *l.13. §.1. l.14. de offic. pres.* liberum pronuncio. *Dn. Carpz. 4. Resp. 61. num.3. & Pr. Crim. p.1. quæst.18. num.34.* Nec hoc ipso etiam castigationis terrorem comprehendo. nam & canes nostros & alia rationis expertia animalia, maximè domestica, non dubitamus à damnis inferendis seu pauperie hoc modo repellere. *Molin. de Iustit. & Iur. tract.3. disp.38. num.3.*

33. A mortis ergò pœna regulariter immunitatem habet, etiam in atrocissimo crimine; quam sententiam communem esse testatur Marant. *in spec. pract. part. 4. in pr. num.59. vers. restat tamen dubium.* non autem semper ab extraordinaria pœna, ubi in demente aut alia eiusmodi persona aliquis rationis usus observatur, uti id quinque præiudiciis confirmat Dn. Carpz. *in Pr. Crim. p.3. quæst.145. num.46. & seqq.* quam notabilem ex multis limitationem in præsenti nota; ut & aliam *ex l.6. §.7. de re milit. & l.38. §. ult. de pæn.* quæ dura mihi videtur.

34. Præter alias limitationes eius, quod de non puniendo furioso dictum, excipiunt quam plurimi delictum ante furorem commissum. Sc. quæritur inter Dd. An furiosus ob delictum ante furorem commissum puniri queat? Disceptationem hac de re controversam apud omnes esse testatur Menoch. *de A. I. Q. cas.325. num.13.* ipsamque quæstionem nobilem vocat Vasquius *controv. illustr. lib. 3. cap. 96. num.31.* dubium verò ac subtilem juris articulum Gomez. *3. var. resol.1. num. 72.* Mihi

salvis aliorum judiciis videtur dicendum, per supervenientem furorem non auferri semel natam obligationem ad pœnam, sed tamen obligationis exactionem regulariter differri, obstante illi perpetuò furoris exceptione, partim propter defectum obiecti, cum pro absente & mortuo habeatur furiosus in Iure nostro. *fac. l. 47. pr. l. 59. §. ult. de re iudic.* partim propter defectum finis principalis ipsius pœnæ. *Vid. l. 20. de pœn.* Plures rationes congessit Gœhausen *part. 3. peric. Academ. IV. q. 33.* nec facit quicquam in contrarium, quam dissentientes tantopere urgent, sæpe allegata *l. 14. de offic. præs.* Limita tamen hæc, nisi jam condemnatum furor invaserit. Tunc enim distinguendum arbitror inter pœnam, quâ æstimatio damni reip. à delinquente dati reposcitur, pecuniariam scil., cuius executioni furor remoram iniicere nequit, & inter pœnam capitalem vel corporis afflictivam, propter damnum inæstimabile reip. datum, quo casu secus statuendum erit, adeò ut nec in pecuniariam interim mutari possit. *Vid. Carpz. Pr. Crim. p. 3. quæst. 145. num. 22. & seqq.* Et secundum hæc quoque forsan intelligi vult Wes. *π. ff. de pœn. num. ult.* Quam sententiam, quod sc. puniri nequeat, communem, & inter Christianos amplectendam esse dicit Lud. Molin. *de Iust. & Iur. tr. 3. disp. 38. n. 4.* quem ex multis Dd. adduxisse sufficiat.

35. Furiosum delinquere non posse, nec obligari ex delicto, materialiter ita dicto, dubio amplius non subest. Aliud tamen est in delictis in furiosi personam à sanæ mentis hominibus commissis, quæ in tantum non relevant delinquentes à pœna, ut etiam eandem magis propter furoris circumstantiam & malitiæ in delinquente magnitudinem aggravere debeant. Unde in eum, qui puellam aut mulierem mente captam stupraverit, gravior pœna statuta est Jure Sax. *Novell. part. 4. constit. 26.* his verbis: Wann ein ledige Mannsperson eine Wahnwitzige Sinnlose ledige Weibsperson beschläfft/soll er derselbigen nicht allein nach billicher Ermässigung einen Unterhalt machen/sondern soll auch darüber mit Staupenschlägen verwiesen werden. *Vid. ad eam Dn. Carpzov. p. 4. def. 1. & Pr. Crim. p. 2. q. 69. n. 33. & seqq.* nempe si stuprum sine vi commissum, fustigatio cum relegatione dicta-

tur,

tur; quod si verò vi, tunc gladii pœna afficitur stuprator. utroq; autem in casu alimenta insuper pro arbitrio judicis suppeditare tenetur stupratæ, uti hæc omnia tradit Matth. Berlich. *p. 4. concl. pract. 37.* ubi num. 1. fatetur se hactenus apud nullum Interpretem juris aliquid de hac quæstione legisse. *Dn. Carpzov. I. F. p. 4. const. 26. def. 2.*

Et hæc de secundo summo juris capite. Ordo postularet, ut de tertio quoque tractatio nunc institueretur, sed quia eandem potiori jure sibi vindicat pars posterior, idcirco ad alia me accingo.

ARTICULUS II.

De intervallato furore.

1. Relinquamus paulisper furiosum tumultuantem, contemplaturi nunc eundem ampliativè ad præteritum, quatenus scil. olim talis fuit, nunc verò placidis moribus, sana conversatione minimè horrendum exhibet spectaculum; qui qualis hactenus fuit, nunc non est, & qualis nunc est, suo tempore iterum esse desinet.

2. Tales furiosi in Jure nostro dicuntur habere intervalla. *l. 22. §. 7. sol. matr.* intervalla ipsius insaniæ. *Gaj. lib. 2. Inst. tit. 2. §. 3.* remissionem, *l. 20. §. 4. qui test. fac. poss.* quorum furor intermissus est, *§. 1. I. quib. non est perm. fac. test.* quorum morbus quiescit, iterum tamen advenit, redit. *l. 6. C. de cur. fur.* quibus in quibusdam temporibus quædam pervenit intermissio, *d. l. 6. l. 2. C. de contr. emt.* aut inducuntur à furoris vitio induciæ *d. l.* qui sunt in suis induciis, *l. 9. C. qui test. fac. poss.* quos morbus non sine laxamento aggreditur. *d. l. 6.* quos furor stimulis suis variatis vicibus accendit. *d. l. 6.* quem furorem alternatum, intervallatum vocat Cujac. *ad l. 46. de iudic. lib. 2. quæst. Paul.* appellationis ratione desumta sive à valle sive à vallo.

3. Sumitur autem intervallum, remissio furoris dupliciter potissimum, vel latè & populariter, vel strictè. Latè denotat quamcunque furoris intermissionem sive veram sive appa-

rentem, ubi scil. impetus furoris tantum sedatus nonnihil, quales in Jure nostro dicuntur in conspectu inumbratæ quietis constituti à Celso *in l.* 18.§.1. *de acq. vel am. poß.* (quod genus loquendi alibi se non legisse dicit Cujac. *ad d.l.*) qui ipsi multarum altercationum causa existunt, quatenus facile sanæ mentis homines ad contrahendum cum ipsis tanquam sanis inducuntur. Cujac. *ad l.* 18.§.1. *de acq. poß.* uti colligitur *ex c.* 24. X. *de sponsal. l.* 7.§.2. *de public. in rem act. l.*12. *de R.C. l.*13.§.1. *de usuc. l.*2.§.16. *pro emt. l.*4.§ 16 *l.* 16. *de dol. mal. exc l.* 24. *pr. de O. & A.* non obstante quippe tali remissione pro insanis nihilominus habentur. *P. Zacch. quæst. M L. lib.*2. *tit.*2. *q.*21. *n.*29. Strictè verò illi veniunt hoc vocabulo, quos unà cum furore mentis alienatio reliquit, cui tamen iterum subiiciendi sunt. Et hæc significatio est huius loci.

4. Furiosus itaq; in intervallo constitutus est persona, quæ furore remoto mentis sanitatem recepit, eandem tamen iterum amissura. Furorem autem esse ex illis dementiæ speciebus, quæ intervalla habere possunt, JCti præsupponunt, Medici dicunt, experientia testatur. *Vid Paul. Zacch. quæst. medic. leg. lib.*2. *tit.*1. *quæst.*21.

5. Divisionem eiusmodi intervallorum nullam invenio, nisi quod grad[illegible] apparentiæ distinguantur & temporis diuturnitate. Itaq; intervalla 1. alia sunt perfectissima & manifestissima. *l.*6. *C. de cur. fur.* alia non ita manifesta, dilucida tamen. *l.*9. *C. qui test. fac. poß.* 2. alia sunt brevia, alia longiora sive majora. *d. l.* 6.

6. De eiusmodi furiosis hanc pono fundamentalem & instituto brevitatis inservientem regulam. Illi qui in intervallo furoris sunt, mentem & intellectum habent. *l.* 14. *de offic. præs. Gaius lib.*2. *Inst. tit.*2 § 3. *l.*6. *C. de cur. fur. l.*12. §.2. *ff. de iudic.* Itaque eo tempore ut sani in plerisque habentur, *Paul. Zacch. q. m. l. lib.*2. *tit.*1, *quæst.* 21. *num.* 26. odiosis non minus ac favorabilibus. Cessant ergò in iis omnes illæ fictiones, ac comparationes, quas circa furiosos introductas supra pag. 13, indicavi. *Vid. Iacob. Thoming. cons.*40, *vol.*1. *n.*59.

7. Hinc

7. Hinc matrimonium contrahere non impeditur. *Andr. Vall. tr. Iur. Can. de sponsal.* §.10. *num.* 1. Sed quæritur hîc: An liberi furiosi huiusmodi parentis nuptias contracturi expectare debeant in tempus usque intervalli? C.I.A. *de nupt. th.9.* simpliciter id affirmat; cum quo tamen, ut non per omnia faciam, non una urget ratio.

8. Nec est in curatoris potestate amplius, cum in suam curam perveniat ipso jure, *arg. l.9. C. de imp. subst. l. 6. C. de cur. fur.* etsi nulla judicis sententia fuerit interposita. Non tamen in totum sub curatore esse desinit, sed interim curatoris nomen manet, ipsum autem officium quiescit. *Borcholt. tom. 2. cons.* 47. *num.*60.

9. Ejus quoque testamentum prudenter ordinatum sustinetur *per* §.1. *Inst. quib. non est perm. fac. testam. Gai. lib.2. Instit. tit.* 2. §.3. *l.17. l.20.* §.4. *ff. l.9. Cod. qui testam. fac. poss. Ius Pr. Wirt. part. 3. tit. 2. vers.* dergleichen seyen auch. *ibi*: Doch im fall solche ohnbesinnte vnd tobsüchtige etwa beweißliche intervalla hetten/ vnnd jhr ohnbesinnte weiß so lang vnd so viel nachließ/ daß sie von wegen wiederlangten gnugsamen Verstands zum testiren nicht vntauglich sein/ vnd in einer solchen Zeit habender guter Vernunfft Testamenten vnnd rc. etsi non fuerit probatum, quod tempore testamenti talis sanæ mentis fuerit. *Mascard. de probat. concl.*826. *num.*11. & *seqq. l. P. W. d. l. ibi*: Wann gleich anders nicht dargethan werden möchte/ daß ein solche testirende Person zur Zeit deß auffgerichten Testaments/ bey vollkommenen richtigen Verstand gewesen. *Vinn. ad* § 1. *Inst. quib. non est perm. fac. test. verb. quo furor intermissus.* siquidem pro eo stat præsumtio. *Dn. Avunc. D. Rebhan. in Isag. Inst. ad tit. quib. non est perm. fac. testam.* θ.7. *Vid. Dn. Chr. Ph. Richter. in trip. int. tit. C. qui testam. fac. poss. pag.*118. *n.*19. & *seq.* Nec in testamento testis esse prohibetur. *Dn. Avunc. D. Rebhan. d. l. ad tit. de testam.* θ.24.

10. Ad cœteros quoque actus & negotia idoneus est. *l.* 2. *C. de contrah. emt. Hillig. D. E. lib.*12. *c.*22. *C.* Quare nec impunitatem ejusmodi furor tribuit in delictis. *d. l.*14. *de offic. præs. argum. l.*37. §.1. *de minor. l.4. de trib. act.* imo nec mitigationi regulariter. *Dn. Carpz. Pr. Crim. p.*3. *q.*145. *n.*33. & *seqq. ubi n.*36. hanc sententiam

eleganti præjudicio Scab. Lipſ. confirmat, cujus hæc ſunt verba: Hat ein Weib ſo nicht ſinnreich/ in abweſen jhres Ehemanns jhre eigne Kinder mit einer Axt erſchlagen / vnnd dem dritten eine Hand abgehawen. Do es nun ewerm Bericht nach alſo bewand/ daß bemeldes Weib nicht ſtets jhrer Sinne beraubt/ſondern bißweilen zu jhr ſelbſt kommen/ ſo gebühret euch mit fleiß zu erkundigen/ ob ſie auch zu der Zeit/ da ſie jhre Kinder erwürget vnd beſchädiget/ jhrer Sinnen beraubet geweſen/ vnd da jhr deſſen gewiß weret oder nachmahls gewiſſe Erfahrung bekämet/ſo würde ſie von wegen der Wahnſinnigkeit/ damit ſie ohne das gnugſam geplaget/ mit der Todesſtraff billich verſchonet vnd deſto fleiſſiger verwahret / darmit ſie ſich oder andere nicht mehr beſchädigen möge. Do jhr aber befindet/ vnd deſſen gewiſſe Erfahrung hettet/ daß ſie zu der Zeit/ da ſie die Kinder erwürget/ bey jhrer Vernunfft geweſen/ vnnd ſolches alles auß einem widerwillen/ ſo ſie zu den Kindern getragen/ oder ſonſten auß einem böſen Vorſatz gethan/ſo möchte ſie in der Zeit / wann ſie bey jhr ſelbſten iſt/ vnd eine zeit lang jhrer Vernunfft gebrauchen kan/ nach gelegenheit deß falls mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft werden/ V. R. W. Acta ergò omnia tempore intervalli, etſi curatorem non adhibuerit, valebunt; quod ſi tamen morbus revertitur, tunc illis ipſis authoritatem ſuam curator interponet. *d. l.6. verſ. ſin autem furor, ibi: curatorem in contractu ſuo conjungi. C. de cur. fur. Perez. C. eod. n.15.* Quæ omnia hæc vice explicatius tradere propter regulam ſupra datam minimè opus eſt.

MEMBRUM II.

De ficto & ſimulato furore.

1. Siſto nunc alia duo in hac materia, perſonarum genera ſed non niſi ſub larva furoris, quorum unum ſuam accepit à jure, à fraude verò ac dolo alterum.

2. Primum genus ficto incedit furore, omneſque repræſentat teſtatores, qui contra pietatis officium ab hereditate teſtamento relicta excluſerunt eos, quibus vel ex naturali ratione, vel

ne, vel ex ratione miserationis legitima portio erat relinquenda, sive exclusio illa facta fuerit iniqua exheredatione, si e præteritione iniqua. *vid. Dn. Avunc. D Rebhan. in Isag. Iustin. ad tit. de inoffic. testam. θ.4.* Dicitur aliàs hæc larva in Jure nostro color furoris, *princ. Inst. l.2. l.5. §.1. ff. de inoffic. testam.* quod vocabulum alibi Marcellus *in l.49. de donat. int. vir. & uxor.* per titulum explicat.

3. Est autem furor fictus simulata dementia, quam jus de testatoribus ejusmodi ad infringenda suprema eorum judicia fingit.

4. Cujus fictionis causa efficiens jus est, quod colorata & fictitia multa introduxit. *Dn. Tabor. in anal. ad Barbos. voc. fictio. axiom. 1.* Qua autem juris specie sit introductus, Doctoribus non constat. Mihi omnino placet Dn. Frantzkii *π. de inoff. testam. num. 9. & seqq.* sententia. Fictionis autem fundamentum est inconsiderata, impia & iniqua exclusio sive exheredatio aut præteritio liberorum in testamento à parentibus facta. *princ. Inst. l.2. & seqq. ff. de inoff. test.* contra naturæ & commune parentum votum. *l.7. §.1. und. lib. l.7. de bon. damn. vid. Grot. 2. de I.B. & P. cap. 7. num. 5.* quæ mentis insanæ non minimam dare poterat præsumptionem. Ob quam etiam fictio hæc extensa postmodum fuit ad liberos iniquè suos parentes excludentes, propter rationem *dict. l.7. §. f. unde lib. vid. Grot. d. l. num. 9.* & tandem etiam ad fratrum, non tamen omnium, testamenta. Rationem vide in Scotan. *exam. Iurid. tit. de inoff. test. p.m. 247.*

5. Materia ejus sunt testamenta parentum, liberorum & certo in casu fratrum, non tamen omnium, ut dictum. quæ testamenta in Jure vocantur inofficiosa explicanturque totis titulis nempe *tit. 18. lib. 2. Instit. tit. 2. lib. 5. ff. & t. 28. lib. 3. Cod.* Excluduntur ergo inofficiosæ 1. donationes. *l.5. l.7. l. pen. pr. C. de inoff. don.* 2. dotes. *l. un. C. de inoff. dot.*

6. Forma sive differentia specifica dependet à fine, qui hic est, ut testaméta ritè quidem, contra pietatis tamen officium facta propter fictum furorem senté tia judicis rescindantur.

7. Effe-

7. Effectus ejus est inofficiosi testamenti querela. de qua quia in Jure nostro in dd. tt agitur, ut & in *Novell. 115. cap.2.* relictâ ea instituto præsenti convenientius erit ad sequentia pergere.

8. Alterum genus simulato furore malignum sæpe recondit animum, & factis, dictis, scriptis ostendit furorem exterius, ut sanam mentem occultet interius. Vocatur hic furor simulatus *in dict. l 13. §.1. de offic. præs.* item fictus ab homine *fict. in l.6 de cur. fur.* & differt à priori tum causa efficiente, quæ hîc potissimum sunt fraudum architecti, qui mentis integritate præditi consensum ac dissensum quibuscunque negotiis adferre possunt. Excluduntur hinc, qui doli non sunt capaces. tum objecto. versatur enim circa varia negotia, v. gr. circa onera civilia suscipienda *d.l.6. de cur. fur.* circa delicta tum perpetranda, *d. l.13. §.1. l 14. eod.* tum perpetrata. *d. l. 14. Wesenb. ... ff. ad L. Cornel. de Sicar. num.25.* tum fine, qui varius est, maximè vero ut ejusmodi homines alios decipiant, & sibi prosint sperâtes vel immunitatem ab oneribus, *d. l. 6.* vel ut delicta impunè ferant *d. l.13. dict. l. 14.* ut Eunus ille Syrus apud Florum *lib.3. cap.19.* vel ut prohibita licentius in publico dicant, uti Solon apud Justin. *lib. 9. cap 7.* vel ut à crudelitate hostes avertant; ut Rex David *1.Sam.21 vers.12.& seqq. ubi textus Germanicus ita habet:* Vnd David nahm die Rede zu hertzen/ vnd forcht sich sehr für Achis dem Könige zu Gad/ (Biblior. Vinar. Glossat. weil er so befand/ vnd die Philister ein Anschlag machten/ wie sie jhn auffraumen wolten/ muste David auff mittel bedacht sein wie er auß jhren Händen kommen möchte:) vnd verstellet sein Geberde für jhnen vnd kollerte (B. Vin. Grasete als ein Vnsinniger) vnter jhren Händen vnd stieß sich an die Thür am Thor vnd sein Geiffer floß jhm in den Bart ꝛc. *Adde Luc. Osiandr. in explication. Biblic. d. cap. Drexel. in David. cap. ... tum* effectu, qui diversissimus planè. Nam gesta in hoc furore in præjudicium ipsius valent, *tot tit. C. plus val. quod ag.* ac pro sanæ mentis homine habetur, etiamsi sub curatore à magistratu dato aut sub agnatorum cura egisset, propter verba legis XII. tab. ibi: Si furiosus existat, in quibus sanè verbum: furiosus,

cum

cum effectu & propriè accipiendum, & particula Si, quæ conditionis implicativa est, agnatus sub conditione demum curam deferri indicat, qua deficiente legis dispositio cessat. Hinc est, quod compromissum in eum factum sustineatur, *Camill. Borell. tr. de comprom.* §. 2. *gloss.* 4. *num.* 23. & ex delicto teneatur. *d. l.* 14. §. *f. de offic. præsid.* N. *Reusner.* 1. *decis.* 17. *num.* 10. *ubi praiud.* Incidit etiam in crimen stellionatus, de cuius pœna vid. *l.* 3. §. 2. *stellion.* & C. I. A. *eod. h. t.*

Hactenus ac priori huius materiæ parte.

HYPOTYPOSIS
JURIS FURIOSORUM SINGULARIS

PARS POSTERIOR PRACTICA.

1. PArs hæc posterior exhibet ea, quæ circa processum notanda veniunt in hac materia.

2. In omni processu ad instruendum judicium principaliter pertinent personæ litigantes & Judex. Judicem autem dari non posse furiosum, expresse traditur *in l.* 12 §. 2. *de judic.* & per se notum est. Quod de eo qui perpetuò talis est, procedit. C. *I. A. de judic. th.* 28. secus est, si intervalla habet, tunc enim etiam furoris tempore Judex addici potest. *l.* 39. *eod.* quod tamen tutum non esse monet P. Gregor. 47. *syntagm. c.* 9. *num.* 14. ne forsan bile ex oblato uno vel altero negotio mota in furorem relabatur. excusare se itaque non prohibetur, *per rat. l.* 46. *ff. eod. Cuiac. ad d. l. lib.* 2. *quæst. Paul.* Superveniente verò furore nihilominus Judex manet, *d. l.* 46 *text. gen. in l.* 20. *de stat. hom.* modo dilucida intervalla habeat. substitutum tamen accipit, qui interea vicibus eius fungitur, *Hunn. in encycl. p.* 2. *tit.* 35. *num* 6. ipse verò interim

K dignita-

dignitatis suæ (Judices enim hodie sunt magistratus nostri) proventus, si quos habuit, accipit. *arg. c. 1. & tt. X. de Cleric. agrot. Hillig. D. E. lib 17. c. 26. g.* In iis, qui patrimonialem habent jurisdictionem, nulla admittenda est distinctio, intervalla habeant, an non, *per d. l 20. de stat. hom.* sed curatoribus eorum incumbet iisdem & in hoc casu prospicere, qui etiam criminalia judicia interea exercere poterunt, aut aliis consensu superioris delegare. de quo in Ord. Crim. art. 2. ibi: Welche Personen von jhrer Güter wegen die peinliche Gericht zubesitzen schuldig seynd vnd dasselb aus Schwachheit oder Gebrechlichkeit jhres Leibes / Vernunfft / Jugend / Alter oder ander Vngeschicklichkeit halben nicht besitzen oder verwesen können so offt das Noht geschicht / soll der oder dieselbige andere taugliche Personen zu besitzung deß peinlichen Gerichtes an jhr statt ordnen vnd bestellen mit Wissen vnd zulassen desselben Oberrichters. *Vid. Vigel. Const. Carol. public. iud. cap. 2. de public. iud. in gen. num 4. reg. pag. m. 39. Casp. Manzius ad d. art. 2. num. 5. & seq.* In judicio quoque feudali eosdem curatores judicis partes sustinere tradit Goth. Ant. *disp. feud. 14. th. 1. b.* Gesta autem à furioso judice quem habeant effectum, *vid. apud Vallens. in Iur. Can. de offic. iud. §. 1 numer. 3.*

3. Idem dicendum de Judice compromissario. *l. 9. § 1. de recept arb.* quod de perpetuò furioso non habet dubium. At de eo, qui intervalla habet dilucida, idem asserere vult Blancus *tr. de comprom. fac. quæst. 2. num. 53.* verùm contradictorem sibi habet Camill. Borell. *tr de comprom. §. 2. gl 4 num 25.* nec immeritò, *per arg. l. 39. de iudic. junct. l. 1. de recept. arb.* Quæ autem ratio impedit furiosum esse judicem compromissarium, eadem etiam impedit eundem, quo minus in aliquem ipse compromittere possit; imò uno ex litigantibus in furorem lapso compromissum extinguitur. *Blanc. d. l. pag. 641.* At curatori eius compromittere licet *Cam. Borell. d. l §. 1. gl. 3. num. 61.*

4. Venio nunc ad litigantium personas. Furiosus etsi legitimam personam standi in judicio habeat, (nec enim lege prohibetur esse in judicio) non tamen habet idoneam, uti notanter loquitur Jus Pr. Witt. *p. 1 art. 18. ibi:* Wie auch die Thoren-

Sinn-

Sinnlose rc. seyen selbsten in Rechten zustehen nicht geschickt. Hinc Ulpian. *in l. 17. §. 11. de iniur.* non dicit furiosus propter legem, sed propter furorem agere non potest. Etsi igitur furiosus actionum, quatenus ad secundum summum juris caput pertinent, idoneum est subiectum, non tamen tale est quatenus spectant ad tertium, nimirum ut sunt instituendæ & movendæ in judicio. Curatorem ergo hîc jura ei substituerunt. *Vid. l. 3. § 1. quod quisque iur l. 12. de R. C. l. 17. §. 6. de iurei. l. 56. §. 4. de furt. Rosbach. process. iudic. civ. tit. 11. num. 8. & ea, quæ supra de curatore notata.*

5. Extendenda hîc omnia, textuum qui in jure specialiter occurrunt, occasione ita suadente, latius essent; verùm properandum est ad finem. Itaque adhuc illud saltem in disquisitionem voco: An furiosus habeat privilegium fori, de quo in l. un. C. qn. Imp. int. pup.? De quo tamen tantò minus dubitandum, quantò gravior cœteris hæc est calamitas, quæ etiam intolerabilis dicitur à Leone in *Nov. 111. & seq.* Cum ergò miserabilis omnino sit persona, *Vid. M. Ant. de Amatu. decis. 105. num. 4. Dn. Tabor in Iure Sacro MSS. ad. l. 27. C. de Episc. aud.* omnes autem eiusmodi personæ hoc privilegio gaudeant, *Iac. Bouricius in advoc. cap. 14. p. m. 64.* nec ipsi denegandum erit hoc miserabilitatis, ut vocat Sichard. *ad d. l. un. num. 4.* privilegium, *M. Ant. de Amatu. d. l.* in civilibus scil causis, non feudalibus *Goth. Ant. disp. f. 14. th 1. d.* An autem & quatenus hoc privilegium moribus nostris observetur, *vid. ap. Gail. 1. O 4. num. 40.*

5. Liceat hîc placidis contentionibus faventem facere secessum & quærere: Quâ miseriâ laboret furiosus propter furorem? Dico breviter, populari tantùm, informatus ita *è discurs. pract. disp. 10. quæst. 2. num. 3. Dn. Andr. Frommanni Parentis honorandi*; minimè verò vel Theologicâ, quod confirmat locus ex August. allegatus à Balduino *in tr. de casib. consc. lib. 2. c. 8.* vel Ethica sive Civili, per tradita Moralistarum.

7. Minus principales judicii personas prætereo. Quid tamen notandum sit circa Advocatos, id interim dabit *l. 9. §. 5. & 6. de offic. proc. l. 2. § f. de postul. c. infames. 2. c. 111. quæst 7. c. 1. & ult. X. de postul.* quid circa Procuratores, docebit *l. 2. §. f. de procur. iunct.*

l.1.§.f.eod.arg l.22.C.eod.verb.morbus,iunct.l.14.de offic. praes.c 6.pr.de procur.in 6.

8. In Judicio jam instructo quicquid egerit furiosus, nullius erit momenti,nec vel ipsi vel aliis ullum generabit praejudicium. Unde confessio eius non probat.*Card.Tusch. pr.concl.539. num.4.& concl.540.num.27.* propter quod etiam à tortura exemtus est.*Dn Carpzov pr.Crim.p 3.q.118.num.16.& seqq.* nec testis esse potest. *Dn.Bicc.in R. Q. f.5 th.137.num.4.Wesenb.* π. *de testib. num.3. Vid.l.3.§.11. de Sc. Silan.* etiam de iis, quae tempore sanae mentis vidit. Sed an post furorem restitutus sc. menti suae testificari possit de iis, quae tempore furoris vidit? inter Dd. graviter disceptatur. Adelric de Maletis Papiens.*tr de testib. num. 34.* id asserere non veretur. cui astipulari quoq; video Mascard. *de probat. vol. 2. concl.828. n. 6.* ubi adhuc alios allegat; quorum opinio an vera sit,(de quo quam maximè dubito,ob ea quae habet P.Zacch *quaest. M L.lib.2.t.1.quaest.16.num.28.*)conflictus disputationis forsan dabit.

9. Non est hîc circa furiosum, qui morbum habet recurrentem, omittendum singulare aliquod notabile, hoc nempe, quod eius testimonium de re quam in intervallo vidit, possit ante litis contestationem contra communem juris regulam, de qua *in tt.X.ut lit. non cont.* recipi. Probatur hoc *arg.c.quoniam.ult. in pr. X. eod. ibi: vel absentia diuturna. Vallens.* π. *Iur. Can. eod. numer. 5.*

10. Adde hîc etiam, quod Dominus feudi investituram alicui faciens, si habeat furiosos vasallos, & adhibuerit extraneos testes ad illum actum, propter defectum praesentiae Parium, actus non habeatur pro nullo. *c.un. pr. vers. quod a. dictum. 2.F.33. Goth. Ant.disp feud.ult.th.5.C.*

11. Circa alia ad processum spectantia nempe sententiam, de qua *in l.60.de re iud.iunct.l.9.eod l.47.pr eod. iunct. l. 14. locat. l. 5. pr.qn. ex fact.tut.* appellationem, de qua *in. l. 1.§. 13. quand. appell. iunct. Nov 23.c.1* rei item judicatae executionem,de qua *in l.11.§ 7. de exc. rei iud.l.5.§.1.l.7.§.9 & seqq. quib. ex caus. in poss cat.* sufficiat textus saltem notasse. Quibus tamen adde, quod exceptio furoris

roris non impediat immissionem in possessionem, quia altiorem indaginem requirit. *Steph. Gratian. discept. for. cap. 531. num* 84. nisi in continenti probata vel probanda. *Rot. Rom. decis. in addit. ad Mascard. concl. 825. pag. 71*

12. Quod ferè potissimum huius tractationis caput erat, nempe PROBATIO FURORIS, id ad calcem huius disputationis reservatum nunc pertexo. Furor autem omnino probandus est, quia in facto consistit, cui jura applicari minimè possunt, nisi de eo constet per diligentem Judicis inquisitionem, cum per probationem legitimè factam fides debet fieri de eo, qui dicitur suæ mentis compos non fuisse. *c. ult. X. de success. ab int.* Quam soliciti in hoc fuerint Impp. D. Marcus & Commodus, vid *in l. 13 § 1. & l. 14. de offic. præs.* In hoc itaque articulo illud quam maximè venit ponderandum, à quo Judex probationem exigere debeat, & modus insuper furorem probandi.

13. Onus probandi, ut notum est, omnes fugiunt conatibus quantis possunt, quod Advocatis in hac materia ignoscendum magis, ne dum de alio furorem ostendere properant, ipsimet stultitiæ suspicionem de se spargant, juxta datam ab Imp. cautelã *in §. 5 l. quod cum eo qui in al. pot.* maximè quia furoris probatio admodum difficilis esse censetur à Dd. *sec. Bald. in l. furiosum. C. qui test. am. fac. poss. Vid. Dn. Carpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 145. num. 29* De eo ergò cui furoris probatio incumbat, sequens notetur regula: Furorem allegans regulariter eundem probare tenetur. Hanc in præsenti breviter probo his 1. textibus. *l. 2. C. qui test. fac. poss. l. 5. C. de codic. d. c. ult. X. de succ. ab intest.* 2. Dd. authoritatibus, nempe *Gloss. in d. l. 5. verb. probari. Mascard. de probat. concl. 825. n. 8. Mynf. 3 O. 77. Thoming. 1. consil. 40. num. 54. & seqq. Dn. Carpzov d. l. num. 28.* 3. rationibus, tum generali vulgari, quod probatio incumbat regulariter dicenti, proponenti, intendenti; tum speciali, quod mentis integritas sit qualitas naturaliter eidem inhærens; furor autem qualitas accidentaliter superveniens, qualia incerta ac dubia sunt & propterea probanda. *Mascard. d. l. n. 9.* naturalia enim semper adesse præsumuntur. *Dn. Hahn. ad Wes. de probat. num. 15.* Limitationem tamen notabilem recipit regula,

gula, quod nimirum non procedat, si pro furorem allegante militet aliqua & fortis quidem præsumtio. *Mascard. d. l. n. 11. & 12.*

14. Modum probandi furorem quod attinet, in genere & communiter tradunt Dd. quod verè probari non possit & directò, cum sit qualitas menti, quæ res incorporalis est, inhærens, adeoque sensibus externis haud perceptibilis, quorum judicio quippe mens eiusque qualitates omnem denegant fori competentiam. Non ergò nisi à posteriori ex actibus scil. exterioribus colligere licet eius dispositionem, utut diffiteri non possimus cum Grotio 2. *de I. B. & P. c. 4. num. 3. & seq.* signa nulla de animi actibus certitudinem habere mathematicam, sed probabilem tantum. Et hoc quidem propter utilitatem reip. ut aliqua rerum habeatur certitudo, introductum est. Atque hoc ipsum in genere circa furoris probationem observandum est.

15. In specie autem in hoc probationis negotio primò omnium si Medici alicujus periti copia haberi potest in casu, quo de furoris veritate dubitatur, consilium ejus est exquirendum, *Wesenb. π. ff. ad L. Cornel. de sicar. num. 25.* cujus assertioni tutò stare poterit Judex, *Dn. Carpzov. Iur. Consist. 2. tit. 10. def. 183. n. 8. & Pr. Crim. p. 3. quæst. 145. n. 30. & seqq.* ubi Medico ejusmodi consilia dat hunc scopum concernentia; testatur etiam præter adducta præjudicia, *num. 31.* doctrinam hanc in pronunciando sequi quotidie Elect. Saxon. Scabinos in hunc fere modum respondentes: So wird billich mit Zuziehung gelehrter vnd erfahrner Aertzte bey inquisito auß seinen Reden vnnd Gebehrden fleissige Erkundigung genommen / wie es seines Verstands halben vmb jhn eigentlichen bewandt / ob er bey guter Vernunfft oder mit Schwermuth / oder mit melancholischen Gedancken beladen / vnd wann solche Erkundigung mit fleiß registrirt vnd zu den Acten gebracht wird / so ergehet darauff alsdann von wegen seiner Straffe oder sonsten ferner / was recht ist / V. R. W. *Videatur etiam ibid. præjud.* gegen Coburg *ad requisitionem Caspari* Langens / *m. Febr.* 1628. Inde ad verba & facta ejus, qui furiosus asseritur, quæ quippe recepti sunt animi indices, deveniat, ea diligenter conquirat, conquisita examinet & excutiat, omnia cum delectu & discretione (ipsius enim

enim arbitrio in hoc negotio multum committitur) atque cum circumstantiarum exacta ponderatione, ne forte melancholicum, obliviosum, grossum, aut alium revera non dementem pro furioso habeat. *vid. Riemer. de contr. tract. 1. cap. 10. § 4. num. 13.* Insuper inquirat in actuum ejusmodi continuationem. ex singularibus autem, aut uno vel altero insano facto, ne facilè aliquid inducat, ne forsan nos omnes furoris præsumptio oneraret *Alber. Gent. de nupt. lib. 7. cap. 12.* maximè vero illos, qui ingenio transcendũt, nullum enim magnum ingenium sine mixtura dementiæ extitisse, tradit ex Aristotele Seneca *de tranquill. an. cap. ultim.* ubi etiam addit, quod interdum & insanire jucundum sit. Idque confirmat Horat. 4. *Od.* 12. quando dicit: dulce est desipere in loco. quod aliis verbis ita profert Ausonius:

Stultitiam simulare loco prudentia summa est.

16. Sciendum autem in genere est, quod hîc non minus plena & concludens requiratur probatio, quam in aliis quoque rebus. *Rot. Rom. decis. in addit. ad Mascard. conclus. 825. pag. 72.* quæ ut ut per conjecturas eliciatur ex variis signis, pro sufficienti tamen habetur eatenus, quatenus contrarium fortioribus argumentis non probatur.

17. Operæ pretium esset, signa notabiliora ex Dd. collecta, quorum certè quamplurima sunt, in specie hîc inserere, sed brevitatis imperatæ gratiæ summo saltem digito, & quasi per indicem, ut loquitur Imp. *in §. ult. Instit. de publ. judic.* tango sequentia, nempe quod ejusmodi signa desumi possint tum à persona ipsius furiosi, tum aliunde. Et quidem à persona furiosi desumuntur 1. ex verbis eorumque tum qualitate, tum ordine, item ex modo loquendi & ex sermonis intermissione. 2. ex factis, si hæc scil. ut & verba, non conveniunt sanæ mentis homini. *Card. Tusch. pr. conclus. 541. num. 55.* Aliunde vero à fama, à vicinorum reputatione, si item Curatorem ratione dementiæ acceperit &c. Sic semel furiosus præsumitur semper furiosus. Cujus notissimæ regulæ rationem, ampliationes & limitationes hac vice in medium proferre contra institutum esset. Interim videri potest Marcellius Cala. *de mod. articul. & proband.*

proband. num. 188. *& seqq.* De quibus signis tamen solicitè monendum, quod non omnia sint æqualia, sed gradu probabilitatis differant, adeoque præsumtionem modo majorem, modo minorem inducant. Imo quædam, si sola fuerint, aliorum adminiculo destituta, judicis arbitrio planè committuntur. *Riemer. de contract. tract.* 1. *cap.* 10. § 42. Erit ergo adversa pars in sua vel exceptione vel replicatione, prout scil. natura negotii id tulerit, intenta, ut articulos de furore oblatos commoda responsione refellat, cujus modum alia occasione ostendam. Cui multum quoque ad victoriam conducet, si è contra dicta & facta sanæ mentis hominibus convenientia eodem tempore ab eo profecta producat & probet. *Card. Tusch. pr. conclus.* 543.

18. Uti autem furor præcisè probandus est de illo ipso tempore, quo actus ob illum invalidandus factus est. *Honded. vol.* 2. *consf.* 78. *n.* 72. *Carpz. Pr. Crim. p.* 3. *q.* 145. *in præjud. Scab. Lips. quod extat n.* 51 *his verbis conceptum.* So erscheinet darauß soviel / jedoch wenn zuvor zum wenigsten zwey oder drey Zeugen vermittels Eydes / außsagen werden / daß eben am 17. Maii den gefangenen / als er die Magd geschlagen / seine Kranckheit und Wahnwitzigkeit ankommen etc. ita quoque mentis integritas, si præsumptio furoris est in contrarium, de illo ipso tempore, quo negotium in controversiam vocatum gestum est, probanda erit. Signa autem sanæ mentis similiter peti possunt, tum à persona illius, qui talis dicitur, ejusque & verbis & factis, tum aliunde. Videri potest *Card. Tusch. princ. Conclus.* 541. *n.* 79. *& seqq.* Præsumtionem autem ex iis desumtam maximopere juvat generalis præsumtio, qua quilibet præsumitur sanæ mentis. de qua regula *vid. apud Card. Tusch. dict. conclus.*

19. Ex quibus omnibus luculenter patescit, furiosum quem esse vel sanæ mentis directò probari non posse. *Decius consil.* 489. sed indirectè saltem, quatenus nimirum signis ejusmodi sufficienter probatis, præsumtio, quæ vim habet probationis & probatio juris dicitur à Dd., pro furore vel sana mēte inducitur. Siccine ergò furor testibus probari non poterit? Directò minimè; etenim furiosum quem esse judicare, ad judicis

spectat

ſpectat officium. ſive igitur teſtes certitudinariè deponerent furioſum aliquem fuiſſe, non valeret propterea atteſtatio, quia in de ponendo judicis partes aſſumſiſſent, quod teſtibus non licet, *Dn. Tabor. in anal. ad Barb. voc. teſtis. axiom. 16.* ſive dubitativè aut per verbum credo, nullum iterum haberet effectum, propter verbum inidoneum, quod à teſtimoniis validis remotum eſſe debet. *Sichard. in Cod. ad l. 3. de teſtib. num. 2.* imò iterum de judicio ſuo, quanquam modeſtius, deponerent. *Dn. Tabor. dict. l. axiom. 13. & ultim.* Et hæc ratio communiter à Dd. redditur. *Borcholt. tom. 2. Reſp. 47. num. 74. Vallenſ. π. Iur. Canon. de teſtib. §. ult. num. 14.* Indirectò tamen teſtes furorem probant, dum judici verba & facta potiſſimum exponunt, quæ à furioſo conſpecta vel ab eo audita exiſtimaverint non convenire ſanæ mentis hominibus, ita quidem ut ſemper adjiciant inſanorum more talia ab eo geſta fuiſſe. Scil. ad articulos probatoriales propoſitos teſtes per verba ſenſus reſpondere tenentur, nempe: ipſe vidi, ipſe audivi hunc talia vel talia inſanorum more facientem, loquentem. Et hoc eſt, quod Dd. toties injungunt & monent, ut teſtes de furore interrogati ſuæ aſſertionis rationem concludentem ſubjiciant clarè & diſtinctè. *Sichard. d. l. n. 2. Deciſ. Rot. Flor. deciſ. 97. n. 15.*

20. Multa hîc digna notatu adjicienda eſſent, ſed amplitudo materiæ ſibimetipſi eſt obſtaculo. Id tamen non poſſum non calamo permittere, ut ſubjungat ſingularitatem teſtium, quæ aliàs teſtimonium reddit laceratum atque diviſum, hoc in negotio approbari, quia illa hîc non eſt diverſificativa, ſed cumulativa; quod tamen non procedit, ſi teſtes in uno & eodem facto ratione circumſtantiarum diſcreparent. *vid. Card. Tuſch. pr. concl. 541. n. 86. & ſeqq. & concl. 543. in f.* Quibus addo, quod & in probanda & reprobanda inſania teſtes conſanguinei admittantur. *Addit. Maſcard. ad concl. 827. n. 13.*

21. Dicendum etiam eſſet, quantum fidei tribuendum ſit Notario aſſerenti v. gr. in teſtamento, ad quod ſcribendum adhibitus fuit, teſtatorem ſanæ mentis fuiſſe? Sed cum finis inſtet, me interim remitto ad Georg. de Cabedo *pract. obſerv. ſ.*

decis. part. 1. decis. 97. n. ult. Sichard. ad l. 2. Cod. qui testam. fac. poss. n. 5. Honded. vol. 2. consil. 78.

22. In probatione intervallati furoris advertat Advocatus, quod similiter is, qui suam intentionem in eo fundat, dicitque furiosum tum intervallum habuisse, cum actum, de cujus validitate dubitatur, faceret, probare illud teneatur perspicuè & per actus successivos ac continuatos. *Rot. Rom. decis. 129. n. 6. & seq* nec ex actus prudenti dispositione intervallum colligatur; quod de primo quidem intervallo indubitatò verum est quorsum inclinare videtur Niellius, *disput. feud. 2. thes. 4. a.* An verò idem dicendum de eo, qui intervalla plura jam habuit, & dubium est, an actus tempore induciarum factus sit, an verò furoris? de hoc non omnium Dd. ead. est sententia. Mihi tamen arridet præ omnibus opinio eorum, qui quæstionem hanc ex qualitate actus controversi decidunt; quam sententiam etiam amplectitur I. P. W. *part. 3. tit. 2. vers.* Dergleichen seyen auch. *ibi:* Wanngleich anders nicht dargethan werden möchte / daß ein solche testirende Person (quæ intervalla habet) zur Zeit deß auffgerichten Testaments bey vollkommenen richtigen Verstand gewesen. & infinitis Dd. autoritatibus probari posset, quemadm. eam quoque à Dnn. Cameralibus receptam esse, testis est Mynf. 2. O. 41. & eleganti JCtorum Jenensium præjudicio confirmat Dn Chr. Phil. Richter. *in interpr. l. 9. C. qui test. fac. poss. num. 31. & seqq.* ad requis. M W. zu N. & Consorten / cuius hæc sunt verba. Da ewers Schwähers vnd Vatters Matthes Sorgen Vnsinnigkeit nicht stäts gewäret / sondern bißweilen sich ereignet / vnd dahero Zweiffel vorfället / ob er Sinnloser Weise oder bey guter Vernunfft angezogenen letzten Willen verfertiget / so will euch / daß er damals mercklich verrucket gewesen zubeweisen obliegen. Vid. etiam *Alexand. lib. 2. consil. 86. num. 13. P. Heig. quæst. iur. tam Civ. quam Sax. p. 2. quæst. 38. num. 25.* Communiter autem Dd. hîc inculcant, quod permistio actus dementis faciat censeri totum negotium factum esse à demente, *ex Mazoll consil. 12. num. 66 Vultei. vol. 5. consil. 29. n. 12.*

23. & ult. Restat probatio simulati furoris. Ubi quoad furoris à lege ficti probationem tenendum est, quod hic

furor

furor præsumatur ex personæ in testamento instituendæ ab hereditate exclusione, quam si querelam instituens allegaverit, nihil ulterius præstare cogitur, sed præsumtioni ex illa elicitæ tamdiu stabit, donec eius fundamentum eversum, probatumque fuerit, non iniquè, sed ex legibus approbata causa, eâque testamento insertà, exclusionem factam esse. quæ omnia colliguntur ex *Nov. 115. c. 3. pr.* Ad furoris verò ab homine simulati probationem multum, præter Medici testimonium, conducere potest exploratio vitæ anteactæ, an item in eiusmodi malitia sæpius fuerit deprehensus, an insigne commodum ex actu per simulatum furorem gesto sperare potuerit, inde enim desumitur voluntatis signum. *Gerard. Ioan. Voss. in partit. orat. lib. 1. cap. 6. § 5. & seqq.* an inimicitias foverit adversus eum, quem v. g. occidit; uti exemplum de aliquo, qui per biennium furorem simulaverit, ut inimicum propinquum interficeret, refert Bartol. *tr. de testimon. num. 96.* ubi addit multum quoque hic operari aspectum & famam. Videri quoque potest de probatione simulati furoris *Al. Gentil. de nupt. lib. 7. c. 12. inf. Gilhaus. arb. iud. Crim. c. 5. ramus. 3. n. 134.* Et hæc de parte quoque practica hypotypesis juris furiosorum singularis.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM
& verborum, quæ in hac hypotyposi exhibentur.

Numerus paginam indicat.

A.

ACcepto ferre nequit furiosus 60
Actiones furiosi nomine curator instituit 75
Administratio bonorum furioso naturâ & ipso jure interdicitur, nec declaratoria sententia opus est 31
Administratio curæ furiosi qualiter fieri debeat. 40
Adoptare non potest f. 24
Adoptari nequit f. 19
Adoptare potest alium, qui furiosum filium habet 19
Adulterium à coniuge furiosi commissum quomodo puniatur 25
Adulterii pœnâ non plectitur f. 63
Agnati sunt curatores furiosi. 35
Alienare nequit f. 51
Alimentatio furiosi ad quem spectet 38
Amor species furoris constituitur 14
Αὐτοχειρίας pœna non afficitur f. 64
Αὐτόχειρ furiosus an honestè sepeliendus 64

C.

CArolus VI. Galliar. Rex fuit furiosus 44
Civitatem mutare non potest f. 17
Civitatis jura exercere quatenus impediatur f. 18
Codicillos non potest facere f. 51
Commodatum nec dare nec accipere potest f. 56
Comparatur furiosus variis 13
Compromittere nequit f. 74
Coniugis erga coniugem f. officium 25
Coniunctione corporis f. abstinere debet is qui sanæ mentis est 25
Consentire quando fingatur f. 12
Constituere non potest f. 55
Consuetudinē an introducere queat furiosus 45
Contradictionis ante dementiam factæ propositum in furore durat 29
Contrahere non potest furiosus 54
quasi Contractus quatenus obligent furiosum 58
Contrahendi facultatem recipit ipso jure furiosus, si ad sanam mentem venerit 54
Cura furiosi adhuc hodie est legitima & dativa 34
Curator furioso an testamento detur 33
Curator furioso à lege datur 33
Curator furioso datur etiam à magistratu 34
Curatoris furiosi officium in quo 36
Cura furosi quibus modis finiatur 41
Curatoris & tutoris potestas ferè eadem 40
Custodia furiosi ad quos spectet 37
Custodia furiosi qualiter sit observanda. 38

D.

DAmnum iniuriâ dedisse non potest dici f. 61
David Rex Israel. simulavit furorem 72

Defen-

Defensio necessaria adv. invadentem furiosum licita est 63
ex Delicto non obligatur f. 60
Delictum in furiosum committi potest 66
Delinquens f. vinculis ligandus est 65
Delinquens f. interdum castigari potest 65
Delinquere nequit f. 60
Depositi restitutio denegari potest furioso salva fide 56
Deus quatenus dicatur furere 7
Dominium rerum suarum retinet f. 46
Donare non potest f. 55
Donari furioso an possit ibid.
Donatio mortis causa furioso fieri non potest 49
Dotem, donationem propter N. quis furiosi liberis constituat, aut quis dotem repetat 29

E.

EBrietas species furoris dicitur 14
Electoris filius primogenitus f. Elector fieri nequit 45
Emancipare non potest f. 30
Emancipari an filiusf. f. possit 22
Emancipatus furiosus filius suus heres an sit patri 49
Emphyteuta f. Canonem non solvens an amittat emphyteusin 47
Emtio à furioso facta nulla est 57
Episcopus si furiosus, quid juris 45
Excludens iniquè ab hereditate liberos & quibus legitima debetur, furiosus censetur 71

F.

FActa furiosum indicant 78
Familiæ jura an & quat. furioso competant 30
Feudum retinet f. 47
Feudum an per successionem acquirat f. 50
Fictus à lege furor quid sit 71
Ficti furoris probatio à quo fieri debeat 83
Fideicommissum furiosus acquirere potest 48
Fideiussor an pro furioso intervenire possit 57
Fori privilegium ex l. un. C. qn. Imp. int. pup. an habeat f. 75
Furiosus quid sit 13
Furor quid sit 10
Furor quotuplex 14
Furor quibus generibus in jure substernatur 10
Furor perfectior dementiæ species est ibid.
Furiosum nō habere rationem, intellectum, voluntatem ex variis textibus probatur 11
Furor nec ante nec potest se operatur 42
Furoris causæ quæ reperiantur in jure 5
Furoris causa non est causa status 32
Furoris causa est favorabilis 4
Furor unde descendat 6
Furoris vox quam variè accipiatur ibid.
Furoris vox latè accepta omnem mentis alienationem comprehendit 7

G.

GErmanica furiosi vel furoris appellatio 9

H.

HEredes scripti si negligunt curam furiosi, privantur hereditate 27
Hereditas furioso ab eo in cuius est potestate, delata nihil singulare habet 49
Hereditatem ab extraneo delatam quatenus per curatorem acquirat f. 50
Hereditatem ab extraneo delatam adire non potest f. 49

Homicidium propriè non committit f. 62

I.

IMmissionem in possessionem an impediat exceptio furoris 77
Imperator eligi non potest, qui furiosus est 43
Incendium à furioso commissum non punitur 65
Iniuriarum passivè non activè capax est furiosus 51
Iniuria filio furioso illata vindicari potest à patre 22
Intervallatus furor 6
Intervalla furoris habens quis sit 68
Intervalla furoris quotuplicia ibid.
Intervalla habens mente & intellectu non destituitur ibid.
Intervalla habentis liberi an patre furente nuptias contrahere possint 69
Intervalla habens testari potest ibid.
In Intervallo delinquens punitur ib.
Intervalla allegans probare tenetur 82
Intervallatus furor quomodo probetur ibid.
Intervallum habens an sit sub curatore 69
Intervallum habentis acta quatenus sine curatore valeant 70
Intestatus an intestabilis dicendus f. 53
Ira species furoris dicitur 14
Iudex an & quatenus esse possit f. 73
circa Iudicii personas minus principales quid in hac materia notandum 75
Iura sua an retineat, qui furiosus fit 55
Iura furiosorum apud veteres ICtos fuere dubia 28
Iuris vocabulum quid in hac hypotyposi significet 6

L.

LEgatum acquirere potest f. 43
Legitimari an possit f. 20
Liberi furiosos parentes negligentes impii sunt & puniuntur 27
Liberi furiosorum parentum an & quatenus sine eorum consensu nuptias contrahere possint 28
Liberi furiosorum habent legitimam personam standi in iudicio 29
Liberi furiosi manent liberi
Liberis furiosis alimenta debentur ibid.
Liberos furiosos si negligunt parentes quomodo puniantur

M.

MAiestatis pœna non punitur f.
Manumissio a furioso facta
est
Manumitti an possit f.
Mandati contractu obligari
furiosus
Marito furioso quid debeat
26
Mariti erga f. uxorem officium ibid.
Maritus uxoris furiosæ curator
est
Matrimonium à furioso contrahi nequit
Matrimonii à furioso contracti quis effectus ibid.
Matrimonium furor non dissolvit
Medicamenta sunt adhibenda furioso
Medicamenta feliciter interdum furioso adhibentur
Medici de furore deponentis asseri Iudex stare potest
Menti Deæ cur supplicatum olim
Melancholici an furiosorum venian
Mercaturam an exercere possit
Metatoriam immunitatem
beat f.
Minor furiosus accipit curatorem propter ætatem, non vero propter furorem

Mistra-

Miserabilitatis privilegium an habeat f. 75
Miseria quali laboret f. ibid.
Mutuum nec dare nec accipere potest f. 56
Mutuum à furiosi liberis contrahi potest 19

N.

NAbachodonosor furiosus fuit 44
Negotiorum gestorum quatenus obligetur furiosus 59
Nobilitas parentis an descendat in filium furiosum 46
Novare nequit f. 60

O.

OBligari nequit f. 54
Obligationem dissolvere nequit f. 57
Obligatio magna sine causa facta facit præsumptionem furoris 55

P.

PAcisci non potest f. 55
Parentibus furiosi an per furorem quid decedat 27
Paronyma furoris 8
Parricidii pœnam non patitur f. 62
Patria potestas furiosi quatenus solvi possit 30
Pignus ex rebus furiosi constitui potest 57
Possessionem non acquirit f. 48
Possessionem per curatorem, filium & servum acquirit f. 48
Præiudicialem actionem pro furioso quilibet instituere potest 27
Primogenitus furiosus Regis filius an succedat in regno 43
Primogenito furioso an pater Rex testamento jus primogenituræ auferre possit 44
Probandus est furor 77
Probatio furoris difficilis est ibid.
Probare tenetur furorem eum l. allegans 77
Probari verè & directo nequit furor 80
Probatio furoris quomodo instituenda 78
Prodigus ut bona sua administrare non possit, per magistratum talis declarandus est 31
Puniri nequit furiosus 62
Puniri nequit furiosus etiam ob delictum ante furorem commissum 65
Pupillus furiosus accipit tutorem, non curatorem 32

R.

RAtum habere quando dicatur f. 12
Regi furioso adimitur administratio 44
Regi fur. curatores constituuntur ib.
Regis furiosi curatores an habeant maiestatem 45
Remissio furoris ab intervallo distinguenda 68

S.

SAcrilegii pœnâ non plectitur f. 63
Sanæ mentis signa unde petantur 80
Sanæ mentis factus f. ipso iure recipit administrationem rer. suar. 41
Satisdatio non requiritur a curatore furiosi qui immobilia possidet 36
Saul Rex Isr. fuit furiosus 44
Servus furiosus retinet peculium 16
Signa furoris unde desumantur 79
Simulatus furor à ficto per legem quomodo differat 72
Simulans furorem habetur pro sano ibid.
Simulati furoris pœna quæ 73
Simulatus furor quomodo probetur 82

Socie-

Societas furore non dissolvitur 58
Solon simulavit furorem 72
Solvere nequis furiosus nec ei solvi potest 60
Sponsalia tempore sanæ mentis contracta an dirimat furor. 25
Statuto requirente consanguinei consensum in contractu mulieris, si ille furiosus, quid faciendum 26
Statutum de furioso conceptum an etiam de aliis dementibus accipiendum 8
Status per furorem non mutatur 15
Stupidus testari potest 52
Suitatis jus retinet f. 49
Stuprans furiosam quomodo puniatur 66
Synonyma furiosi quæ 8
Substitui quasi pupillariter potest furioso 53

T.

TEstamentum non potest facere furiosus 51
Testamenta inofficiosa furoris colore rescinduntur 71
Testari potest is, qui crassioris est ingenii sive stupidus 52
Testificari non potest sanæ mentis factus de iis, quæ tempore furoris vidit 76
Testimonium intervalla habentis ante litis contestationem recipi potest 76
Testes singulares in probatione furoris an & quatenus admittantur 81
Testibus furor probari an & quatenus possit 80
Testis esse non potest furiosus 76
Tradere nihil potest f. 51
Transigere non potest f. 55
Torturâ eximitur furiosus 76

V.

VAsallus f. an per substitutum servire teneatur 47
Venditio à furioso facta quid operetur 57
Verba furiosum indicant 79
Verbis obligari nequit f. 57
Violentæ invasionis pœna non plectitur f. 63
Vsucapere an possit furiosus 48
Vtilitatem furiosi legislatores observarunt 12
Vxoris erga furiosum maritum officium 26
Vxori furiosæ quid debeat maritus ibid.

FINIS.